

650
9849

卷之三


010

~~100/1~~

~~44~~

340

~~120~~



3849

MANUALE
VENERABILIS
CONGREGA-
TIONIS
SACERDOTVM

Sub Titulo

SANCTISSIMÆ
TRINITATIS
Erectæ in Diæcesi
Tergestina Oppido Seno-
sezæ M. DC. XX.

Dein

Ab URBANO VIII. An-
no M. DC. XXV. Archi-Con-
fraternitati SS. TRINITATIS
Romæ aggregatae, & confirmatae, nec
non cum Indulgentiis, à CLEMEN-
TE VIII. & PAULO V.
concessis.

LABACI,
Apud JOSEPHUM THADDÆUM
MAYR.
Anno M. DG. LXXXIII.



Quemadmodum reliquis o-
mnibus membris caput
anteponis, & cætera membra
objicis, ut ictum à capite a-
vertas; ita sanctæ, & eiudem
essentiæ Trinitatis fidem, sine
qua vitam, quæ verè vita sit,
vivere nemo potest, rebus o-
mnibus antepone: *S. Ephrem in
Vit.*



2017-19520

PRO-



PROLOQUIVM

A D

DD. SODALES.



Onceptum jam pridem
alendæ suæ erga Sanctissimam Triadem devo-
tionis fætum Alma hæc
Congregatio nostra ty-
pis vulgari curaverat, & fructum be-
nè centuplum retulerat spiritu alium
gaudiorum. Verum quoniam Longiore
annorum decursu libellus ille pio-
rum manibus distractus, & attritus
erat, suique majus in dies desiderium
fecerat; convenientissimum non mi-
nus votis vestris, quam obligatissima
erga vos observantiae meæ munus es-
se censui, novis illum typis, ijsdemq;
auctioribus vulgare, ac Sacratissimo
Patris, & Filii, & Spiritus Sancti
Nomini dedicare.

Et verò dubitari nequit supremo il-
lum Numinis acceptum fore, cum quid-
quid eo continetur, id totum, vel De-

um Homini, vel Hominem Deo faciat pretiosum.

Quare securus lucem publicam
conspicere, & toti Venerabili Catui
nostro proponipotest, ac debet ad u-
sum, quia futurus est apprimè utilis ad
fructum.

Quamobrem Agite DD. Consoda-
les, & libellum hunc, id est nostri in
Sanctiss : Tridam amoris argumen-
tum (cui militamus, cujus Nomen
linguâ. moribus, & professione lauda-
mus, veneramur, & colimus) & mea
in vos devotionis thesseram accipite,
volvite, revolvite in dies ; quia, nec
hâc semente fructuosius, nec alio da-
tore uberioris cælestes meritorum mani-
pulos colligetis. Vivite, & crescite,
Deo Omnipotenti Vni & Trino ad ho-
norem, vobis ad immortale meritum,
mihi (qui favore vestro, sacratissimo
huic Catui incorporari meritus sum)
ad animæ measalutē. Amen! Ita uouea

Almæ Sodalitatis Cliens In-
fimus.

Franciscus à Zer-
gollern LE-



LEGES CON- GREGATIO- NIS.

Sacerdotum sub titulo SS.
TRINITATIS in Diœcesi
TERGESTINA , collectæ ex
constitutis inter Congregatos , & ex
Constitutionibus , quæ Congrega-
tioni Sancti Caroli Boromei
adscribuntur.

C A P V T I.

*De Exercitiis que ipsosmet Con-
gregatos respiciunt.*

Concipiant Congregati Sodales
singularem altum affectum Re-
ligionis ac devotionis erga SS.
Trinitatem, eamdemque in alijs pro-

A.

mo-

movere studeant. In quem finem, præter solitas & debitas cuiuslibet preces quotidiè ter Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam, cum Hymno & collecta ex Vesperis SS. Trinitatis, summā devotione persoluent. • Tum exquisitum affectum amoris, & imitationis IESU CHRISTI Domini nostri summi Sacerdotis à SS. Trinitate monstrati in Exemplar. Demum etiam cultus Deiparae semper Virginis MARIAE, quæ est Templum SS. Trinitatis, & Patronorum Diocesis, ac propriæ cuiusque congregatorum Ecclesiæ; aliorumque Sanctorum, qui exemplo boni Sacerdotis, & Pastoris Ecclesiæ, aut zelatoris Animarum præclare exemplo præfulserunt; ad quorum patrocinium & subsidium in suis functionibus fidenti animo recurrent, & virtutum Exempla, quæ ipsi tanquam hæreditatem sacram Ecclesiæ reliquerunt, specialiter imitari, & Spiritum

Leges Congregationis.

3

ritum ab eis haurire contendant.

2. Alant perpetuum quemdam animi ardorem erga divina, zelumque gloriæ DEI, tanquam ignem sacrum ad Actiones sacras necessarium.

3. Curent ut in omnibus functionibus & Actionibns suis pura sit intentio: quia facile vanus aliquis finis subrepit, actiones etiam sacras inficiens Vnde diligenter agnoscant, qua intentione ferantur.

4. Conentur ad veras & solidas Virtutes, quibus debet vita Sacerdotis ornari, maxime ad humilitatem, mansuetudinem, Castitatem, Sobrietatem &c.

5. Studeant semper pietati, & puritati conscientiae, quam ut conservent Sacerdotes, quantum licet bis in hebdomada confiteantur & sic caveant à peccatis, ut ferè quotidie apti sint ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium offerendum.

6. Ultra preces horarias, quotidie

A. A.

ali-

4. *Leges Congregationis.*

aliquid temporis destinent orationē mentali : & sincero Conscientię examini.

7. Ut autem in meditationis arte & fructu proficiant , utili non solum ad Spiritum renovandum , augendum & conservandum , sed etiam ad facile & cum affectu , ac motu contionandum , & cum pietate ac zelo conversandum , se esse quotannis Exercitijs Spiritualibus S. Ignatij excolet , sub perito Directore. Quod si impediti fuerint , id quamprimum præstare conabuntur.

8. Singulis annis totius anni peccata , confessione quadam generali expient apud Confessarium doctum & Spiritualem : ut defectus suos plenus agnoscere , & sibi ad profectum calcar adjicere possint.

9. In Divinis officijs diligenter eurent pronuntiationem integrum , attentionem & reverentiam , cum , interiore , tum , exteriorem : In officijs autem publicis decentem etiam

Leges Congregationis.

5

am cultum , & reverentem cæremoniarum observationem adhibeant.

10. Ecclesiarum, Altarium, & Sacrae suppellectilis , ita sint studiosi, ut munditia digna mysteriis , quæ in ipsis celebrantur , reperiatur.

11. Vestitus proprius sit decens & oblongus, Sacerdotali statui congruus , nec vilitate nimia , aut forde contemptum sæcularibus inducens , nec notabili superfluitate vanitatem sapiens. Et ita de cætero corporis habitu & incessu.

12. Denique perpendant, cum omnes Christiani in familiari coniunctudine & vita quotidiana , in omnibus factis & dictis illud servare decorum debeant , ut ubique bonum Christi odorem spargant , quanto magis Sacerdotibus , Sodalibus sub titulo SS. Trinitatis , id curandum erit, ut in omnibus norma sint omnibus & incitamentum ad virtutem. Quare non modò graviora peccata ,

6 *Leges Congregationis*
verum etiam leviora, & vel eorum
umbram devitabunt, ut Crystallo
puriores sint, qui venerabile tractant
Sacramentum; memores divi Ber-
nardi dicentis: nugae sint longè ab
ore tuo nam inter sacerdotales nugae,
nugae sunt, in ore Sacerdotis sunt
blasphemia, consecratio tuum E-
vangelio, talibus iam ilud aperire,
sacrilegium est.

C A P V T II.

*De iis, quæ eosdem Congregatos
concernunt, ut fructum Spiritualem in
aliis producere possint.*

Sciant se ad Animarum salutem
juvaudam vocatos unde sepe
recogitent dignitatem illarum,
quas ipse met Christus Sanguinis sui
pretio voluit redimere & abluere.

2. Invigilent diligenter puero-
rum & juventutis instructioni, ru-
diūmque ac pauperum personarum,
quatum curam lubenti animo sub-
eant

eant exemplo Christi Domini. Cui rei serviet Catechesis obvia, & statua Dominicalis pomeridiana.

3. Illarum personarum diligenter curam habeant, quæ longè à Parochiis dissitæ, non possunt commodè audire verbum Dei, aut erudiri agentes in silvis ac locis agrestibus. Cui rei servit subinde, maximè aliis festivis diebus in prius indicatis certis locis eos convocare & catechizare.

4. Erga omnes personas cum humilitate & mansuetudine, ita se gerant, ut ex paterno fraternoque agendi more satis agnoscant omnes desiderio Salutis agi, quidquid erga eos agitur.

5. Personas, quas iverint in statu peccati mortalis agere, quantum in ipsis est per se & alios, conentur ex eo educere, hortando, increpando, monendo, obscurando.

6. Illas animas peccati mortalis vinculis constrictas: in precibus &

8 . Leges Congregationis.

Sacrificiis suis specialiter Deo commendent, ut à morte peccati eas suscitare dignetur-

7. Sint omnibus tale castitatis exemplum, ut & ipsi & familia eorum ab omni sit vel Suspitione libera. Neque alia domi scelera tolerabunt, sed efficient, ut ex ipsis familiæ moribus, Paterfamilias cognoscatur. Quam ad rem serviet domesticis leges quasdam morum ac pietatis præscribere.

8. Avaritiæ quoque notam, tanquam statui Ecclesiastico noxiā & torpidam maculam inurentem, quantum possunt fugiant, nec lucri cupidi habeantur. Et cum Deus misericordiæ opera etiam Sacrificiis anteponat, in illis diligenter sese exerceant, pauperum & ægrorum necessitatibus per se & per alios prospicientes.

9. Si quando conviviis sæcularium interesse oporteat, ita se gerant, ut modestiæ & temperantiæ limites


non

non excedant, pravique exempli omnem occasionem fugiant. Nuptialibus verò conviviis non facilè interfisint.

10. In Conversationē prudentiam & discretionem servent, cava-
ántque, ne zelo indiscreto in actionibus aut verbis suis ferantur, etiam in sibi subditorum correptione autocorrectione.

11. Patrini & susceptores infantium non fiant, ne in tam multiplicem & nimiam familiaritatem descendant, cum ipsi baptizando sufficienter multorum propriè patrini existant.

12. In colloquiis familiaribus, maximè inter se illi, qui de hac Congregatione sunt, frequenter agant de iis quæ juvant ad profectum spirituali animæ suæ vel aliorum.



C A P V T III.

De Obedientia respectu Præfectorum, sive Rectorum, & charitate erga se mutua.

I.

AMENT PRÆFECTUM & obſervent,
quasi locum Dei gerentem.

2. Obediant promptè & interno animi affectu, illique mentem suam conforment, ita ut non sint proprii judicii & voluntatis Sectatores

3. Murmurationes, quibus ejusdem Rectoris auctoritas lædi, vel Suffrations, quibus charitas refrigerari posset, non aliter quam pestem Congregationis fugiant.

4. Pro majori proſectu, abnegatione & humiliatione ſui, unusquisque debet grato animo fuſcipere, ſi ea, quæ in ipſo inotantur Præfecto manifestentur.

5. Debent etiam grato animo fuſcipere, ſi corrigantur & reprehendantur; quantum in iþis eſt debent etiam juvare aliorum correctionem.

eti-

Imò debent parati esse cum debita charitate & amore sibi mutuo suas imperfectiones aperire , ut se se juvare possint in vera charitate & sinceritate.

6- Temeraria de fratribus judicia summè caveant , omnémque simultatem , malevolentiam , amaritudinem , invidiam : quia necessaria est maximè ad Scopum hujus Congregationis perfecta charitas , & animorum individua conjunctio tū cum membris aliis , tū cum ipso capite , ut SS. Trinitas , ex qua amor individuus & verissima charitas procedit , sanctius semper in Sodalibus gloriae suæ habitaculum habere possit .

7 Hinc vicissim se se honore præveniant , mutuis verbis & exemplis instruant , ac benevolè corrigan , ut dignè ambulent vocatione suâ , & alios possint secum salvare . In id Spiritum D E I ardenteribus precibus implorent , nullumque laborem ut sibi & alijs profice-

re possint refugiant, semper solliciti
servare unitatem Spiritus in vincu-
lo pacis.

8. Si quis Sodalium ægra Valetu-
dine divexaretur, senio conficeret-
tur, privatione sensuum impotens
redderetur, ac subsidio aliquo indi-
geret, illi omnes fraternè pro possi-
bili succurent, & determinationi
Congregationis in hoc parebunt.

9. Cùm primum quis Sodali-
um ægrotarit, proximus quisque
Consodalis eum inviset, & si peri-
culosè laborare cognoverit, Recto-
ri prescribet, ut è Sodalibus Sacer-
dotem quempiam minus impedi-
tum submittat, qui ei ad agonem
usque assistat, & Sacramentis & om-
ni Spirituali Solatio. Imò si plures
aut omnes ad ultimum hunc ejus
agonem convenire possunt, ut in-
ter ipsorum manus & benedictio-
nes ac preces Anima Consodalis in-
sinum SS. Trinitatis transmittere-
tur, hoc demum effet coronamen-

tum

tum hujus Sodalitatis Sanctæ, vel i-
deo quod ultimum hoc sit pun-
ctum æternæ Salutis & Supremæ So-
dalium Charitatis.

10. Vbi verò de obitu alicujus
resciverint, se ad locum defuncti
confratris omnes conferent, idque
in die obitus sive depositionis, tum
etiam quantum fieri poterit die
Septimâ, Trigesima, & Aniversariâ
ad persolvendam ultimam charita-
tem, quam Sodalitas hæc maximè
intendit. Vbi peracto officio de-
functorum quivis Missam dicet.
Quod si defunctus eō pauperiem ni-
hil legare poterit ad sumptus circa
sepulturam: hæc ei ex communi
Contributione subministrabuntur.

11. Præterea pro defuncto Soda-
li, addet quisque Consodalium alia
tria Sacra pro commoditate sua Lai-
ci verò, si qui admissi fuerint, au-
dient tria Sacra & dicent ter Coro-
nam Beatiss. Mariæ semper Virgi-
nis. Et si quis antedictos ultimos

Charitatis actus consodali exhibere non curaret, is sciat se ad arbitrium Sodalitatis multam soluturum.

12. Assuescent demum inter suas preces ac Sacrificia Specialiter Consodalium tam vivorum quam mortuorum meminisse.

C A P V T . IV.

De admittendis & dimittendis, legumque prædictarum vi & suplemento.

I.

Quantum ad requisita ut quis admittatur in Corpus Sodalitatis, judicabunt ejusdem Sodalitatis superiores, & servabuntur quantum fieri poterit conditiones sequentes.

2. Cùm finis hujus Congregationes sit Sacerdotalis perfectio ad illam sœculares Laici non admittantur. Si quos tamen Sodalitas in participationem meritorum, & aliquorum Actuum Congregationis admittent.

Leges Congregationis. 15

tendos censuerit , ij Congregatio-
nis consilijs non intererunt , præci-
puè ubi de Cleri correctione agitur .

3. Nemo admittatur , nisi priùs
constanter admitti insliterit , & fe-
rio moneatur , non id debere face-
re respectu aliquo humano , sed ex
Spiritus Sancti instinctu , & studio
perfectionis , ut Vocationi suæ co-
ram D E O possit satisfacere .

4. Deinde probationem aliquā
ad aliquod tempus peraget , ad e-
am assumpitus & monitus ; datis ei
legibus Sodalitatis legendis & consi-
derandis .

5. Inter hoc tempus solitum erit
Exercitijs Spiritualibus S. Ignatiј
sub Directore perito se se excolere .

6. Non tamen ideo tam tempus
quam modus probationis erit neces-
sariò uniformis , sed juxta conditio-
nes personarum , quarum Spiritus
vel necessitas cum spe bonæ frugis
reliqua suppleat .

7. Ideo etiam non erit necesse
Soda-

16 *Leges Congregationis.*

Sodales admitti & incorporari so-
lum in Congregatione annua gene-
rali: sed poterit Rector cum Con-
silio Assistentium & aliquorum vici-
norum vel per Epistolas requisito-
rum similiter admittere & incorpo-
rare.

8. Ita ut dictum est probati ag-
gregatio & incorporatio fiet, ut de-
claretur prius approbatus, & peragat
Confessionem Generalem, nisi ex
causis specialibus dispensetur. Quâ
peractâ faciat Fidei professionem
Concilij Tridentini, cum Oblatio-
nibus ad SS. Trinitatem, IESUM
CHRISTUM summum Sacer-
dotem & Beatam Virginem. Tum
solito modo per Rectorem aggre-
gabitur.

9. Nemo deinde excludatur, ni-
si duæ ex tribus partibus Congrega-
torum id judicarent, idque prop-
ter gravem iteratamque pertinaci-
am, vel delicti, aut etiam ob aliam

ju-

justam causam, quam talem esse pro-
pè omnes judicabunt,

10. Porrò Sodales nullis omni-
no Congregationis legibus aut insti-
tutis teneantur, quæ functiones be-
neficio officioque quod habent de-
bitas impedian.

11. Et quod attinet ad earundem
legum & constitutionum usum,
quamvis ad præclaram animi & ve-
ræ Religionis, omniumque virtu-
tum Ecclesiasticarum consecutio-
nem, progressumque Spiritualem
per utilles atque per necessariæ sint si
quem tamen eas aliquando non ser-
vare contigerit, non plus illum
tunc ex vi iistarum legum peccare
declaratur, quam prævaricationis
ipsius, operisque in quo Peccatum
est ratio aliæ postularet.

12. Demum hæc quidem sunt
præcipua fundamenta instituti hu-
jus. In his autē q; hic expressa non
sunt, recurretur ad declarationes, &
futuras constitutionis Congregatiōis,

CA-

C A P V T V.

*De Electione Rectoris & reliquo-
rum Officialium, eorumque legibus
particularibus.*

I.

Officiales esse poterunt circiter
isti. Rector, Assistentes duo,
Secretarius si opus fuerit cum
Substituto, Consultores sex. Moni-
tor unus vel alter, Concionator,
sive Exhortator. Procurator si opus
est cum substituto, Sacristanus si o-
pus est cum substituto; Magister Cae-
remoniarum, diaconus, & subdia-
conus.

2. Eliguntur hoc modo. Rector
à tota Congregatione pluralitate vo-
torum ultra dimidium numeri So-
dalium. Assistentes saltem maiori
parte votorum discrepantium. Re-
liquos Rector cum Assistentibus pro-
ponunt Congregationi. Qui si vi-
sum fuerit approbat; sin minus,
Congregatio alios majori nume-

ro votorum discrepantium eligit, semper habito respectu majoris boni Congregationis.

3. Rectoris munus erit, Congregationis bono, & Sodalium directio-
ni Spirituali invigilare, præsidere exercitijs Congregationis; totam-
que Sodalitatem gubernare per se,
& per alios officiales, invigilans ut
muneri quique suo satisfaciat, &
ne sine ipso quidpiam statuant a-
gantque. Alloquitur quæsitâ op-
portunitate, hortatur, ordinatque
ac dirigit, & suppleri curat omnia
eò pertinentia, Ideo Congregatio-
nibus & rebus agendis mature adest.
Utitur ope & consilio ordinario As-
sistentium, tum etiam ubi majores
requirit Consultorum, quos etiam
subinde intra annum convocat ad
consultandum de Sodalitatis pro-
gressu, correctione & remedijs, ac
rebus proponendis in generali Con-
gregatione ad plura vota concludit.
Difficilora ad Congregationem Ge-
nera-

neralem differt. Sciat autem super Sodales non Dominij potestatem, sed potius ministerij solicitudinem **CHRISTI** exemplo sibi ab Omnipotente commissam, & ita se cum omnibus gerat.

4. Assistentium erit Rectorem jucare consilio & suggestione. Ejus aetibus mature adesse. Absentem vel impeditum supplet primus, pri-
mum secundus. Peculiariter invi-
gilant officialibus. Praefectum offi-
cii monent.

5. Secretarii erit diligenter nota-
re decreta & acta & alia, quae illi Congregatio notanda committit. I-
tem significare fratribus absentibus per litteras, quae aut Rector aut So-
dalitas significanda censuerit. In
album nomina aggregatorum inscri-
bere aut per ipsos inscribi curare.
Defunctorum ordine separato Cata-
logum contexere. notato tempore
& peractis exequiarum modis, aliis-
que dignis notatu in exemplum &
memo-

memoriam posterorum. Omnibus
actibus eo gentibus Praefecto matu-
rè adest.

6. Consultorum erit prudenter
Rectori, & Sodaliti consilere. So-
dalium curam divisam gerere juxta
omnes leges Sodalitatis. Convo-
cationi Rectoris adeste.

7. Monitor erit instrumentum,
& oculus communis Rectoris ac to-
tius Sodalitatis observanda & mo-
nenda opportunè omnia à Sodalibus
agenda, & quemvis sui officii, sem-
per discretè & amice maximè de
quibus Rector & Sodalitas monen-
dos imposuerit & fraternè corrigen-
dos.

8. Concionator sive Exhortator
diebus Congregationis inter missa-
rum solemnia, aut alias in Congre-
gatione, opportuno sermone fervo-
rem ac zelum Sodalium circa virtu-
tes & opera exemplaria, maximè ad
mutuam Charitatem excitare pro-
curabit.

9. Pro-

9. Procurator servat æs Sodalitatis & colligit legata ac debita Congregationi, Nil injussus exponit. Rationes finito officio, vel renovato Magistratu reddit. Refectionem diebus Sodalitatis in loco honesto & commodo præparat, aliaque necessaria Congregationi juxta mentem eiusdem aut Rectoris providet.

10. Sacristæ erit curam gerere Altaris Congregationis; Sacram Supellectilem mundam & ordine debito servare, curare refici, & reparari ac augeri. & cum divina Congregationis peraguntur, de necessariis omnibus providere, ut nil ad necessitatem & decorum desideretur.

11. Magister Cæremoniarum, Diaconus & Subdiaconus, cum Acolythis, in solemnitatibus Sodalitatis attendant, ut muneri suo eo decore & ritu, quo par est satisfaciant.

12. Socii Officialium aliquibus prædictis adjuncti, eisdem ex ipsis

rum.

rum directione juvant, & absentium vices supplent.

C A P V T VI.

De Congregatione celebranda.

I.

Anniversarii dies statim Congregationis erunt. Feria secunda & tertia post Dominicam SS. Trinitatis, quibus omnes Sodales in loco destinato diligenter convenient, & in absentes non legitimè impeditos severè animadvertisetur. Quod si quis per biennium convenire neglexerit, vel saltem causam absentiae Sodalitati litteris exponere contempserit, sciat futurum, ut ex albo Sodalitatis deleatur. Extra hos dies, si aliquando graves causae impulerint Praefectum, ut ex Assistentium Iudicio Sodales convocet, aut omnes, aut viciniores, similiter parere conabunrur. Expediret vero quotquot possent viciniores inter

inter se sæpius convenire ad casuum
occurrentium resolutionem.

2. Prædictâ Feriâ Secundâ & ter-
tiâ Sodales Sacerdotes præmissis præ-
mittendis, in templo Congregatio-
nis, ordine à Rectore præscripto Mis-
sam dicent. Tum officiis divinis ;
tam pro vivis, quam pro defunctis
Sodalibus, & benefactoribus intere-
runt. Quibus finitis, præmissâ ab
aliquo Exhortatiuncula, præcipue
de mutua charitate & Sodalitatis bo-
no, fiant consultationes ante prandi-
um quantum fieri potest : In quibus
etiam Consultationibus Regulæ le-
guntur, & de iis, quæ ad earum ob-
servantiâ juvant confertur ; item-
que de iis quæ ad juvandas animas
aut ad defectuum priorum cor-
rectionem, & virtutum incremen-
tum spectant, ita ut etiam culparum
mutua accusatio fiat, earum scilicet,
quæ sacram Confessionem nihil at-
tingunt, sed negligentias circa Re-
gulas aut Officium sibi commissum.

Por-

Porrò prandium & Cœnam semper simul sument loco ad Charitatis nemum magis magisque custodiendum ubique servatâ gravitate & modestiâ Sacerdotibus maximè sic Congregatis conveniente. Quæ autem in Congregatione aguntur, stricto silentio ab unoquoque Secreta teneantur; & cum pænitentiaæ aut humiliations aliquibus imponentur. nullo modo in jocum, contemptum, aut improperiū cujusquam vertantur, Contributionem quoque eisdem diebus in necessitates Congregationis pro rata à Congregatione præscripta libentes facient.

3. At die primario, qui est prefata Feria Tertia, Congregati invocatâ Spiritus sancti gratiâ Rectorem cum Officialibus fideliter eligenit quotannis; nisi expedire visum fuerit id triennio quoque facticare; quotannis verò solummodo si quos Congregati censerent mutandos, mutabunt, Electi porrò humiliter &

26 *Leges Congregationis.*

promptè officium quisque suum ad honorem SS. Trinitatis & maius bonum Congregationis suscipient, ac sedulò peragent. Demum constituto Magistratu, Sodalitatis leges perlegentur; tum Fidei professionem publicè in Templo coram altari Congregationis, cum sui oblatione ad SS. Trinitatem, IESUM Salvatorem, & Deiparam Virginem religiose renovabunt.

4. Insuper ut Sodalitas hæc manus semper capiat incrementum, & Altare Congregationis magis observetur; quoties commodum fuerit Sodalibus, sive per transitum siue per quamvis aliam occasionem Sacrum in eodem dicere contendent.

5. Pro majori quoque Gloria & Reverentia SS. Trinitatis, Sacerdotes Sodales, quamdiu Congregationis Supellec in communi non sufficerit, diebus Congregationis illis solemnibus cum Cotta sive superpel-

pelliceo quisque suo , & bireto sive quadrato comparebunt , ut confusa suffragia ab omnibus persolvantur

RITVS ET PRECES.

In admissione novorum Sodali-
um.

Rector breviter prefatus de admis-
tendis novis Sodalium super eo-
rum nomina à Secretario legi ,
& ut se ad locum destinatum sistant ,
Tum eo intonante cantatur . Veni
Creator Spiritus &c. Assistentes sub-
iungunt versiculum , Emitte Spiritum
&c. Et Rector orationem , Deus qui
corda &c: His finitis faciunt profes-
sionem fidei cum oblationibus sequen-
tibus Et deinde Rector illos admittit
formula infra posita , quā finitā intona-
tur à Rectore Magnificat &c. Quo fi-
nito dicuntur preces dici solitae infine
Congregationis. Quibus additur Ora-
tio Sequens.

Oremus.

DEUS cujus misericordiae non est numerus & bonitatis infinitus est thesaurus : piissimæ Maiestati tuæ pro collatis donis gratias agimus , tuam semper clemenciam exorantes , ut qui petentibus postulata concedis , eosdem non deserens ad præmia futura disponas , per **CHRISTUM** Dominum nostrum Amen.

Divinum Auxilium maneat semper nobiscum. Amen.

Post hoc gratulatur Rector cum omnibus Sodalibus Antiquioribus noviter professis , & sic finitur.

Professio Fidei.

Ego N. N. profiteor me fidem Catholicam Romanam amplecere , eaque omnia firmiter tenere ac credere , quæ in Sancta Tridentina Synodo adversus hujus temporis haereses , definita ac Decreta sunt eandemque Fidem usque ad ex-

extremum vitæ Spiritum , DEO
benejuvante me retenturum pro-
mitto , Spondeo , Voveo , ac juro , Sic
me DEUS adjuvet , & Sancta DEI
Evangelia .

Oblatio ad SS. TRINI- TATEM.

O Sanctissima & Individua Tri-
nitas , Pater & Filius & Spir-
itus Sanctus ; tres Coæquales
& Coæternæ personæ . Vnus tamen
& verus DEUS . Ego NN. & si
lioquin me totum tibi debeo , quid-
quid sum , ab hac tamen hora pe-
culiari servitute me tibi addico , at-
que devoyeo suppliciter petens ,
ut tu DEUS meus Servi tui pia
vota suscipiens , manu tua prote-
ctionis me semper custodias , donum
Fidei , Spei & Chritatis in me augeras ,
ut per Fidem rectam & condigna
Fidei opera ad vitam te donatæ per-
veniam sempiternam , Amen .

Oblatio ad Iesum Christum
Dominum nostrum.

Domine Iesu Christe, Candor lucis æternæ & imago bonitatis illius; qui nobis in salutis acie periculosisissima positis via, Veritas, Vita factus es. Ego N. confisus auxilio gratiæ tuæ, & patrocinio Deiparæ Virginis, Sanctorumque omnium, firmo proposito delibero, me pro conditione status & virium mearum inhæsurum impensis à te vestigiis charitatis, Humilitatis, Prudentiæ, Magnanimitatis, Pietatis, & virtutum aliarum, prout ex tua veritate, & Catholica fide hauriuntur: ut tuo munere unus Spiritus sit meus, & tuus, & una vita, ad gloriam & regnum Patris tui in me & aliis propagandum. Tu Clementissime Deus, memor esto Creaturæ tuæ, quam proprio Sanguine redemisti, & qui me ut hoc firmiter proponerem induxisti, tribue per

Pas-

Passionis tuæ meritum, ut hoc ipsum
secundum beneplacitum tuum con-
stanter ad beatum exitum per-
ducam. Qui vivis & regnas cum
Deo Patre in unitate Spiritus sancti
Deus per omnia saecula saeculorum.
Amen.

Oblatio ad B. V. Mariam.

TE quoque S. Maria Mater Dei
& Virgo, hodie in Dominam
Patronam, & Advocatam eli-
go, firmiterque statuo, ac propono
me nunquam te derelicturum, ne-
que contra te aliquid unquam di-
cturum aut facturum, neque per-
missurum, ut à meis subditis aliquid
contra tuum honorem unquam a-
gatur. Obscro te igitur, suscipe me
in servum perpetuum nec me dere-
linquas in hora mortis meæ. Amen.

Formula qua à Rectorе admit-
tuntur & incorporantur.

Sanctissima & Individua Trini-
tas, Pater, Filius, & Spiritus.

Sanctus, pro cuius amore & gloriæ propagandæ studio, te huic Congregationi obtulisti, tibi benedicat, & gratiâ suâ perpetuâ te custodiat. Et Beatissima Virgo ejusdem Domini nostri Iesu Christi Mater suis precibus & meritis gratiam tibi adipetret, qua in hujus Congregationis instituto uberes fructus ad Dei gloriam & animarum salutem proteras. Et ego tibi benedico, tēque in numerum Congregationis hujus recipio. Amen.

Preces dicendæ in Principio Congregationis.

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda Fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

Kyrie eleison. **Christe eleison.**

Kyrie eleison. **Pater noster.**

¶. **Et ne nos inducas in tentationem.**

R. **Sed libera nos à malo.**

¶. **Memento Congregationis**
tua. **R.** **Quam**

R. Quam possedisti ab initio.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobilecum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Mentes nostras, quæsumus Domine, lumine tuæ claritatis illustra: ut videre possimus quæ agenda sunt, & quæ recta sunt agere valeamus. Per Christum Dominum nostrum.

Preces dicendæ in fine Congregationis.

Te Deum Patrem ingenitum, te Filium unigenitum, te Spiritum sanctum Paraclitum, Sanctam & individuam Trinitatem, toto corde, & ore confitemur, laudamus atque benedicimus: tibi gloria in saecula.

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. Pater noster.

34 Ritus admittendi novos sodales

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo, Amen.

V. Benedicamus Patrem, Filium,
cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus & superexaltemus
eum in secula.

V. Confirmā hoc Deus quod o-
peratus es in nobis.

R. A Templo Sancto tuo, quod est
in Ierusalem,

V. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Etcum Spiritu tuo.

Oremus,

Praesta nobis, quæsumus Domi-
ne auxilium gratiæ tuæ: ut
quæ te auctore facienda cogno-
vimus, te operante impleamus. Per
Christum Dominum nostrum.

V. Retribuere dignare Domine
benefactoribus nostris vivis atque
defunctis vitam æternam. R. Amen

In-



**Indulgentiæ Concessæ à
Clemente VIII. & Paulo V.
summis Pontificibus Romanæ Ar-
chiconfraternitati SS. Trinitatis &
omnibus eidem aggredi-
gatis.**

OMnibus Sodalibus verè pæni-
tentibus & confessis qui So-
dalitati nomen dant, ipso die
receptionis eorum, si verè contriti
& confessi fuerint, ac Sacrum Ev-
charistiæ Sacramentum sumpserint,
& pro salute Romani Pontificis, Prin-
cipum Christianorum concordia,
Hæresum extirpatione, ac S. Matris
Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum
preces effuderint. Indulgentia ple-
naria & remissio omnium peccato-
rum conceditur.

2. In mortis articulo omnibus ;
nunc & pro tempore existentibus
Con-

Confratribus qui pænitentes confessi, & sacrâ Communione refecti vel quatenus id facere nequiverint Nomen Iesu ore si poterint, sī autem corde devotè invocaverint, Indulgentia plenaria.

3. Tam describendis quam descriptis in dicta Congregatione Confratribus, verè pænitentibus confessis & sacra Communione refectis, qui Ecclesiam seu Oratorium ejusdem Congregationis in ejus principali festo, à primis vesperis, usque ad occasum solis diei eiusdem Festi, singulis annis devotè visitaverint, & ibidem oraverint. Indulgentia plenaria.

Item qui in die octava ejusdem Festi Oratorium ut suprà visitaverint. Indulgentia annorum septem & totidem quadragenæ. Qui verò aliis diebus infra octavam indulgentia dierum 200. de injunctis eis. &c.

4. Omnibus Confratribus & aliis Christi fidelibus utriusque sexus qui

di-

divinis Officiis in Præfato Oratorio,
seu Ecclesia, diebus festis, & aliis
per godales celebrari solitis interve-
nerint. Indulgentia dierum 100.

Item qui idem Oratorium singu-
lis sextis fériis Quadragesimæ devo-
tè visitaverint, & quinque Pater &
Ave devotè oraverint pro qualibet
vice Indulgentia dierum 200.

5. Omnibus Sodalibus verè pœ-
nitentibus confessis & sacrâ commu-
nione refectis qui Oratorium huius-
modi in Nativitatis, Visitationis,
Purificationis & Assumptionis Bea-
tæ Mariæ Virginis festivitatibus vi-
sitaverint, ibidemque devotè ora-
verint. Indulgentia annorum septem
& totidem quadragenæ.

Item qui venerabilem Evchari-
stiam, dum ad infirmos defertur al-
sociaverint Indulgentia annorum 5.
& totidem quadragenæ. &c.

Ut ex tenore litterarum sub da-
tum Romæ 25. sept. Anni 1630. fu-
sus patet.



V A R I A P I E- TATIS EXRCI- TIA.

*Collecta ex nonnullis pijs o-
pusculis in usum diversa-
rum Sodalitatum excusis.*

EXERCITIVM I.

DESS. TRINITATE,

Preces matutinæ præscriptæ

Legum cap. I. v. I.

Ter Pater & Ave.

IAm Sol recedit igneus :
 Tulux perennis unitas
 Nostris beata Trinitas
 Infunde amorem cordibus,
 Te manè laudum Carmine,
 Te precamur Vespere :
 Digneris , ut te supplices
 Laudemus inter Cælites, Patri,

Patri, simulque Filio,
Tibique Sancte Spiritus,
Sicut fuit; sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.
¶. Benedicamus Patrem & Filium
cum Sancto Spiritu.


¶. Laudemus & superexaltemus eñ
in secula.

Oremus.

OMnipotens Sempiterne Deus,
qui dedisti famulis tuis in
confessione veræ fidei Æter-
næ Trinitatis gloriam agnoscere; &
in potentia Majestatis adorare uni-
tatem: quæsumus ut ejusdem fidei
firmitate, ab omnibus semper mu-
niamur adversis. Per Dominum no-
strum IESUM CHRISTUM
Filium tuum, qui tecum vivit &
regnat &c.

Divinum Auxilium maneat sem-
per nobiscum, Amen.

OFFI-



OFFICIVM SS. TRINITATIS.

OSacrosancta Trinitas, DEUS meus & omnia, ego pulvis & limus terræ, coram Majestate tua prostratus supplico, ut mihi gratiam tuam largiri digneris, quavires & operationes meæ omnes sincerè ad tuam gloriam atque cultum tendant: maximè in hoc mentis exercitio, quod hodie pro mea tenuitate ad amorem tuum augendum præparo. Amen.

Ad Matutinam.

Benedicta & laudata sit Sancta & individua Trinitas, PATER & FILIUS & SPIRITUS SANCTUS nunc & in perpetuum. Amen.

V. Domine labia mea aperies:

R. Et os meus annunciat laudem tuam.

P. Deus

V Devs in adjutorium meum intende:

R, Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri & Elio &c.

Sicut erat &c. Amen. Alleluia.

Hymnus,

O Æviterna Trinitas,

Et Principalis Vnitas;

Fili, Pater que Maximè,

Vtrique compar Spiritus,

Te semper absque termino

Timent adorant, prædicant.

Cælestia & terrestria,

Ex tota Mundi Machina,

Et nos pusillus debit is

Grex te sonamus laudibus,

Totis medullis cordium

Totis canentes viribus:


Te Fons salutis Trinitas

Collaudet omnis Spiritus,

Quibus crucis Victoriam

Largiris adde præmium. Amen

An-



OFFICIVM SS. TRINITATIS.

OSacrosancta Trinitas, D E U S
meus & omnia, ego pulvis
& limus terræ, coram Maje-
state tua prostratus supplico, ut mi-
hi gratiam tuam largiri digneris,
qua vires & operationes meæ om-
nes sincerè ad tuam gloriam atque
cultum tendant: maximè in hoc
mentis exercitio, quod hodie pro
mea tenuitate ad amorem tuum au-
gendo præparo. Amen.

Ad Matutinam.

BEnedicta & laudata sit Sancta &
individua Trinitas, P A T E R
& F I L I U S & S P I R I T U S
S A N C T U S nunc & in perpetu-
um. Amen.

¶. Domine labia mea aperies:

R. Et os meus anunciat laudem tu-
am.

¶. Deus

V Devs in adjutorium meum in-
tende:

R, Domine ad adjuvandum me festi-
na.

Gloria Patri & Filio &c.

Sicut erat &c. Amen. Alleluia.

Hymnus,

O Æviterna Trinitas,
Et Principalis Vnitas:
Fili, Paterque Maxime,
Vtrique compar Spiritus,
Te semper absque termino
Timent adorant, prædicant.
Cælestia & terrestria,
Ex tota Mundi Machina,
Et nos pussillus debitis
Grex te sonamus laudibus,
Totis medullis cordium
Totis canentes viribus:
Te Fons salutis Trinitas
Collaudet omnis Spiritus,
Quibus crucis Victoriam
Largiris adde præmium. Amen

An-

Antiphona

O Altitudo divitiarum Sapientiae
 & Scientiae DEI quam incom-
 prehensibilia judicia ejus, & inve-
 stigabiles viæ eius.

V. Benedictus es Domine in firma-
 mento Cœli.

R. Et laudabilis & gloriosus & super
 exaltatus in Sæcula.

Oremus.

O Mnipotens Sempiterne DEUS,
 qui dedisti famulis tuis in con-
 fessione veræ Fidei Æternæ
 Trinitatis gloriam agnoscere, & in
 potentia Majestatis adorare Vnita-
 tem: quæsumus ut eiusdem fidei fir-
 mitate ab omnibus semper munia-
 mur adversis. Per Dominum no-
 strum IESUM CHRISTUM
 Filium tuum, qui tecum vivit. &c.
Amen.

Ad

Ad Laudes.

Benedicta & laudata sit sancta
Trinitas, Pater & Filius & Spi-
ritus Sanctus: nunc & in per-
petuum. Amen.

V. Deus in adjutorium meum in-
tende.

R. Domine ad adjuvandum me fe-
stina.

Gloria Patri &c.

Sicut erat &c.

Hymnus.

A Patre consors dignitur
Patris figura Filius:
Vterque sanctum spiritum
Amore spirat compari.

Nil hic prius, nil tardius
Nil majus est vel sanctius:
Vna est tribus substantia,
Æqualis est & gloria.

O Æviterna Trinitas!

O Principalis Vnitas!

Te quicquid astris clauditur,
Laudet perenni jubilo. Amen.

Anti-

Antiphona.

Benedictio & Claritas & Sapien-
tia & Gratiarum Actio, honor
Virtus & Fortitudo , DEO
nostro in sæcula sæculorum. Amen.
†. Bene. idus Domine in firma-
mento Cæli.

R. Et laudabilis & Gloriosus & Super-
exaltatus in sæcula.

Oremus.

Omnipotens Sempiterns D^EU^S qui dedisti &c. ut supra,

Ad Primam.

Benedicta & laudata sit Sancta &
Individua Trinitas , Pater &
Filius & Spiritus Sanctus, nunc
& in perpetuum. Amen.

†. D^EUS in adjutorium &c.

R. Domine ad adjuvandum me &c.

Gloria Patri &c. Sicut erat in Pri-
cipio, &c.

Hym

Hymnus.

Tu fons Origo & terminus
Rerum Creator omnium :
Tu Solus Ens es Entium,
Et læta spes credentium.

Tibi Caterva Cælitum,

Tibi Corona Siderum.

Ter Sanctus illud æmulis

Carmen perennant vocibus :

O Æviterna Trinitas !

O Principalis Vnitas !

Te quicquid orbe vertitur,

Laudat perenni jubilo. Amen.

Antiphona.

Benedicta sit Sancta Creatrix &
Gubernatrix omnium Sancta
& Individua Trinitas : nunc &
semper, & per infinita sæcula sæcu-
lorum. Amen.

V. Benedic tus es Domine in firma-
mento Cæli:

R. Et Laudabilis & gloriosus & super-
exaltatus in sæcula.

Ore-

Oremus.

OMnipotens Sempiterne D E U S qui dedisti Famulus tuis &c. ut supra.

Ad Tertiam.

BEnedicta & laudata sit Sancta & & Individua &c.

V. D E U S in adjutorium &c

R. Domine ad adiuvandum &c.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Hymnus.

TU totus es mirabilis ,
Et totus acceptabilis ,
D E U S pius laudabilis
Æquale nulquam lumen est:

Dextræ tuæ potentiam ,
Mentem futuri providam
Infinitatem Gloriæ
Creata laudant omnia.

O Æviterna Trinitas !
O principalis Vnitas !.
Q nos luce donas cælicá
Serva potenti dexterâ. Amen.

Anti-

Antiphona.

Benedictus Dominus D E U S
Iſrael, qui facit mirabilia solus;
& benedictum Nomen Maje-
statis ejus in æternum.

V. Benedictus es Domine in firma-
mento Cæli:

R. Et laudabilis & gloriosus & super-
exaltatus in secula.

Oremus.

OMnipotens Sempiterne D E -
U S qui dedisti. &c.

Ad Sextam.

Benedicta & laudata sit Sancta &
Individua Trinitas &c. ut is-
pra,

V. Deus in adjutorium &c.

R. Domine ad adjuvandum &c.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Hymnus.

TU Cuncta solus efficis,
Cunctisque solus sufficis,
Tu sola merces omnium,
Et liberale præmium. Par

Par est tuæ nos gratias
 Dignas referre gratiæ:
 Tuisque semper obsequi
 Promptos Clientes Legibus:
 O Æviterna Trinitas!
 O Principalis Vnitas!
 Te quidquid astris clauditur,
 Laudet perenni jubilo, Amen.

Antiphona.

Tres sunt qui testimonium dant
 in Cælo Pater, Verbum &
 Spiritus Sanctus, & hi tres u-
 num sunt.

V. Benedictus es Domine in Eterno
 mento Cæli.

P. Et Laudabilis & Gloriosus & su-
 perexaltatus &c.

Oremus.

OMnipotens Sempiterne DE-
 US, qui dedisti &c.

Ad Nonam.

Benedicta & laudata sit Sancta &
 Individua Trinitas, Pater &
 Fili-

Filius & Spiritus Sanctus. Amen.

V. Deus in adjutorium.

R. Domine ad adjuvandum &c.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Hymnus.

Hoc vile plasma iusseras,
Formam referre Numinis,
Potiri ut olim Cælica
Cunctis liceret gloria.

At Culpa cum nos impios
Damnasset, ipse liberas,
Tibiique rursus illigas
O ter beata Charitas!

O Æviterna Trinitas!

O Principalis Vnitas!

Quos unda mundat gratiæ.

Torrens beet nos gloriæ. Amen.

Antiphona.

TE invocamus, Te laudamus,
Te adoramus ò Beata Trini-
tas, libera nos, Salua nos, Vi-
vifica nos, à Immensa Bonitas.

C

V. Bene-

V. Benedictus es Domine in firmamento Cæli:

R. Et laudabilis & gloriosus &c.

Oremus.

OMnipotens Sempiterne DEUS qui dedisti &c.

Ad Vesperas.

Benedicta & Laudata sit Sancta & Individua Trinitas Pater & Filius & Spiritus &c.

V. Deus in adjutorium meum &c.

R: Domine ad adjuvandum &c.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Hymnus.

OAltitudo Gloriæ
Fons omnis affluentia,
Thesaurus haud effabilis,
Ignara lux Caliginis.

Nos Trinitas illumina

Et cuncta tolle Crimina

Ut Trinitatis Pectora

Amore flagrant omnia.

OÆviterna Trinitas!

O Prin-

O Principalis Unitas !
A morte dira Criminum,
Vita renatos libera. Amen.

Antiphona.

TE Deum Patrem Ingenitum :
Te Filium Vnigenitum , Te
Spiritum Sanctum Paracli-
tum , Sanctam & Individuam Tri-
nitatem toto corde & ore confite-
mur , laudamus ac benedicimus ,
tibi gloria in saecula.

V. Benedictus es Domine in firma-
mento Cæli :

R. Et Laudabilis & Gloriosus &
superexaltatus in saecula &c.

Oremus.

OMnipotens Sempiterne D E -
qui dedisti famulis tuis &c. ut
supra.

Ad Completorium.

Benedicta & Laudata sit Sancta
& Individua Trinitas , Pater
& Filius & Spiritus Sanctus &c.

C2 R. Con-

V. Converte nos Deus Salutaris noster.

R. Et averte iram tuam à nobis.

R. Deus in adjutorium meum intende.

R. Domine ad. &c.

Gloria Patri. &c. Sicut erat. &c.

Hymnus.

Qui terram & astra & omnia
Vndante reples gloria:
Nostras beati flumine
Mentes amoris ebria:

Vt te pijs affectibus
Ist hic & in Cælestibus.

Trinum unicumque perpeti
Laudemus ævo Principem.

O Æviterna Trinitas !

O Principalis Unitas !

Te Corda & ora & omnia
Laudent perenni Jubilo. Amen.

Antiphona.

Benedicat nos Deus Pater, qui
cuncta creavit ex nihilo: Benedicat nos Deus Filius: qui hominem

nem perditū redemit Sanguine proprio : Benedicat nos Deus Spiritus Sanctus cuius nos saluet piæ Consolationis infusio.

V. Benedictus es Domine in firmamento Cæli :

R. Et laudabilis & gloriōsus & super-exaltatus in sœcula.


Oremus.

OMnipotens Sempiterne D E U S qui dedisti. &c.

Commendatio.

TIbi Æviterna Trinitas
Hæc nostra laudum Cantica
Puro sacramus pectore
Cælestibus cum Laudibus.

Repone quæ negleximus
Ignoſce, quæ deliquimus :
Ad nos benigne respice,
Et mortis hora ſuscipe. Amen.



L I T A N I Æ
Ad Sanctissimam Trinita-
tem.

Kyrie eleison,
Christe eleison,
Kyrie eleison,
O Beata Trinitas, audi nos.
O Adoranda Unitas, exaudi nos,
Pater de Cælis Deus, miserere no-
bis.
Fili Redemptor mundi Deus, mis-
ererere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere no-
bis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere
nobis.
Una & vera Trinitas.
Una & summa Deitas.
Sancta & indivisa Unitas.
Unitas in Substantia & Trinitas
in Personis,
Una & par potentia.

Miserere nobis.

Una

Una & Coæterna Majestas.

Una & Æqualis gloria.

Una & Divina Trinitas,

Pater Creator.

Fili Reparator.

Spiritus sancte Paraclete.

Deus unus in Substantia & trinus in Personis.

Pater Ingenite.

Fili Unigenite.

Spiritus Sancte ex utroque procedens.

Una Sancta Creatrix & Gubernatrix omnium Trinitas.

Immensa æterni Patris potentia.

Inscrutabilis Filii Dei Sapientia.

Efficacissima Spiritus Sancti bonitas.

Una & simplex divinitas.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & Immortalis.

Miserere nobis!

In quo vivimus, movemur & sumus.

Ex quo, in quo, & per quem sunt omnia.

Rex Sæculorum immortalis & invisibilis.

Deus sæculorum immortalis & invisibilis.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob.

Quieras, quies, & qui venturus es.

Pater, Verbum, & Spiritus sanctus unus Deus.

Propitius esto. Parce nobis SS. Trinitas.

Propitius esto. Exaudi nos SS. Trinitas.

Ab omni malo. Libera nos SS. Trinitas.

Ab omni peccato, Libera nos SS. Trinitas.

Ab omni superbia & pertinacia. Libera nos SS. Trinitas.

Ab omni Avaritia & Cupiditate. Libera nos SS. Trinitas.

Miserere nobis.

A

A Gula & Amore Mundi.

Ab omni invidia & Odio.

Ab ira & omni mala voluntate,

**Ab omni Luxuria & Immundi-
tia.**

**Ab omni Acedia & pusillanimi-
tate.**

A Maledictione perpetua.

Per fortitudinem potentiae tuae.

Per Majestatem gloriae tuae.

**Per multitudinem miserationis
tuarum.**

Per abundantiam bonitatis tuae.

**Per magnitudinem Charitatis
tuae.**

Per abyssum judiciorum tuorum.

**Per altitudinem Sapientiae & Sci-
entiae tuae.**

Per divitias beatitudinis tuae.

In die judicii.

Peccatores.

**Ut te Dominum Deum no-
strum adoremus & tibi soli
serviamus.**

Liberas nos SS. Trinitatis.

Ut nomen Sanctum tuum invanum non assumamus.

Ut Ecclesiæ Dies Festos observemus & sanctificemus.

Ut Parentes & Superiores nostros obediendo & subveniendo honoremus.

Ut neque facto, neque consilio ullum occidamus vel lædamus.

Ut nec mente, nec corpore turpia unquam comittamus.

Ut furtum non faciamus, nec quemquam contra justitiam gravemus.

Ut contra proximum falsum testimonium vel mendacium nunquam loquamur.

Ut proximi bona nunquam concupiscamus aut invidemus, ex toto corde & tota anima & ex tota fortitudine te diligamus.

Ut proximum propter te, sicut nos ipsos sincerè diligamus.

Te rogamus audi nos.

Ut

Ut ad conspectum gloriæ tuæ nos
perducere digneris. Te rogamus
audi nos.

Deus Genitor, Deus genite, & Deus
ex utroque procedens. Te roga-
mus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di. Redde nobis Patrem propi-
tium.

Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
di. Propitius esto nobis peccato-
ribus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
di. Dona nobis Spiritum san-
ctum,

O Beata Trinitas, audi nos.

O Beata Trinitas exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison,

Kyrie eleison.

Pater noster &c.

V. Et ne nos, &c.

R. Sed libera &c.

V. Benedictus es Domine pa-
cificus nostrorum.

R. Et laudabilis & glorioſus in ſecula.

V. Benedictus es Domine in firma-
mento Cæli:

R. Et Laudabilis & glorioſus & ſuper-
exaltatus in ſecula.

V. Benedicant te omnes Angeli
& Sancti tui.

R. Et laudent te & glorificant in
ſecula.

V. Benedicant te Cæli, terra, ma-
re & omnia quæ in eis ſunt.

R. Et laudent & glorificant te in
ſecula.

V. Benedicamus Patrem & Fili-
um cum laude Spiritu.

R. Laudemus & ſuperexalte-
mus in ſecula.

V. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobis cum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens Sempiterne D E U S qui dedisti &c. ut supra.
V. Dominus vobiscum.

R. Etcum Spiritu tuo.

Exaudiat nos Omnipotens & misericors Dominus. Amen.

Et Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

ORATIONES AD TRES DIVINAS PERSONAS.

Ad Patrem.

Pater noster cœlestis, da nobis Spiritum tuum bonum, & suavem, qui deducat nos in terram rectam. Aufer cor lapideum de carne nostra & da nobis cor carneum & fac ut in præceptis tuis ambulemus, & iudicia tua custodiamus & operemur. Trahe nos ad Filium tuum quem misisti Iesum Christum,

pro nobis crucifixum Dominum nostrum. O Domine meissis, mitte operarios in messem tuam : & concede propitius, ut in tuo divino servitio incipiamus, & perseveremus usque in finem. In nomine ejusdem dilectissimi Filii tui Domini nostri Iesu Christi, qui tecum vivit, & regnat in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Ad Filium.

Domine Iesu Christe Fili Dei vivi, qui in ara Crucis pro salute mundi aeterno Patri per Spiritum sanctum te ipsum obtulisti, & sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti; propitius esto mihi peccatori. Da nobis Spiritum tuum bonum & suavem, qui deducat nos in terram rectam. Aufer cor lapidatum de carne nostra, & da nobis cor carneum; & fac ut in praceptis tuis ambulemus & judicia tua custodiamus.

diamus & operemur. Reveal nō
bis Patrem tuum. Domine mes-
sis, mitte operarios in messem tu-
am, & concede propitius, ut in tuo
divino servitio incipiamus & perse-
veremus usque in Finem. In nomi-
ne tuo, qui cum Patre & Spiritu san-
cto vivis, & regnas in sæcula sæcu-
lorum. Amen.

Ad Spiritum Sanctum.

Spiritus sancte Deus, ex Patre, Fi-
lioque procedens, animarum
nostrarum Paraclite suavissime.
Numine tuo omnia fovens & vivi-
ficans. Adjuva infirmitatem no-
stram: nam quid oremus sicut o-
portet nescimus: ideo tu postulare
nos fac gemitibus inenarrabilibus. O
Pignus hæreditatis nostræ, deduc
nos in terram rectam, & indue vir-
tute ex alto, inducens nos in omnem
veritatem. Veni austera, perfla hor-
tum tuum, & fluent aromata ejus.
Orna tuis cælestibus donis animas
nostras: à quibus, obstetricante ma-
nu

nu tua, educatur coluber tortuosus.
 Tu corda nostra posside, & mane
 nobiscum in æternum. Per te scia-
 mus da Patrem, noscamus atque Fi-
 lium, te utriusque Spiritum creda-
 mus omni tempore. O Domine
 messis mitte operarios in messem
 tuam & concede propitius ut in tuo
 divino servitio incipiamus & perse-
 veremus usque in finem, In nomi-
 ne Domini nostri Iesu Christi pro no-
 bis crucifixi; cum quo & Patre vi-
 vis & regnas Deus in sæcula sæcu-
 lorum. Amen.

Benedictiones.

Benedictione perpetua benedi-
 cat nos Pater æternus. Amen.
 Unigenitus Dei Filius nos be-
 nedicere & adjuvare dignetur. A-
 men.

Spiritus Sancti gratia illuminet
 sensus & corda nostra. Amen.

EXER-



EXERCITIVM II. DE JESU CHRISTO DOMINO.

*Memoria quotidiana & per-
petua Passionis ac Vulnerum Do-
mini nostri Iesu Christi , per modum
meditationis.*

I.

Ora B. Virginem hujus thesauri
vulnetum Christi præfectam
ut te introducat in vulnus af-
signatum huic diei , dicens : Fac ut
plangam Christi mortem Passionis
eius fortē , & plagas recolere . Vul-
nera verò sic per hebdomadām di-
stribues : Pedis sinistri , Die Lunæ ;
Dextri , Die Martis : Manus sini-
stræ , Die Mercurii , Manus dextræ ,
Die Iovis : Lateris , Die Veneris :
Capitis , Die Sabbathi : Totius cor-
poris , Die Dominico , II.Sa-

II. Saluta illud vulnus ardentissimè , dicens : *Salve Domini nostri Iesu Christi pes adorande pro nobis Clavis affixa : Hæc requies mea in scutum faculi , hic habitabo , quoniam elegi eam.* Et sic pro diversitate vulnerum , *Manus adoranda pro nobis clavis affixa , Latus adorandum pro nobis lancea perforatum , Caput adorandum pro nobis arundine percussum , & spinis coronatum , Adorandum totum Christi corpus pro nobis in cruce suspensum , vulneratum , & sepultum Hæc requies mea , &c.*

III. Huic vulneri te ipsum , & tua omnia offer , ac dedica , & in illud omnimodè repone .

IV. Statue ex hoc vulnerere nunquam exire ; hinc velle decertare contra omnia vitia , & hostes salutis , atque hinc in cælum evolare .

V. Ora per idem vulnus , ut his propositis adsit divina gratia efficaciter .

VI. Inclusus vulneri contemplare; 1. Dolorem vulneris acerbum diuturnum, &c. 2. Amorem Christi in te immensum, constantem, &c. 3. Finem propter quem passus est; nempe *Die Luna*, ut satisfaceret protuis peccatis; ideo tu hodie insistes contritioni. *Die Martis*, ut obtineret tibi robur contra tentationes, quod tu hodie à DEO petes & exercebis, *Die Mercurii*, ut obtineret tibi gratiam Dei, cui tu hodie respondebis, ad eam te disponens, & gratus eris. *Die Iovis*, ut obtineret tibi gloriam, ad quam tu hodie adspira-
bis, *Die Veneris*, ut obtineret tibi charitatem; cuius tu hodie aetius exercebis. *Die Sabbathi*, ut obtine-
ret tibi mentem in Deum fixam, quam hodie in Deum figere conaberis. *Die Dominico*, ut te suo corpo-
ri mystico uniat, & cum suo corpo-
re conglomeret; quod hodie enixè postulabis.

*Oratio per Sanguinem Christi ,
mente, aut voce expressum.*

Septem petitiones Orationis Dominicae purpurabis, & validiores ad exorandum reddes septem effusionibus Sanguinis Christi hoc modo: Pater noster qui es in Cælis, sanctificetur nomen tuum, per sanguinem Iesu Christi circumcisæ, quando sacrofæcum hoc nomen est ei datum. Adveniat regnum tuum, per sanguinem spineæ coronationis, quando in contemptum sui regni Christus spinis coronatus fuit. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra, per sanguineum sudorem effusum quando Christus oravit, Pater non mea, sed tua voluntas fiat: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, per Sanguinem in SS. Eucharistia, pane vitæ contentum, à nobis piè sumptum, à malis sacrilegè sæpe habitum, & effusum. Et dimitte nobis debita nostra, &c. per sanguinem in cruce effusum.

effusum , quando Christus oravit ,
 Patèr dimitte illis, Et ne nos indu-
 cas in carnis temptationem. Sed li-
 bera nos à malo , per sanguinem la-
 teris Christi effusum , quando ab o-
 mni hujus vitæ malo liberatus fuit.
 Amen.

*Rosarium sive Corolla vitæ
 Christi.*

Continet triginta tria Ave Maria,
 & quinque Pater noster, unum
 ante quamvis decadem, & u-
 num ante tria Ave, atque unum in
 fine ; & etiam in fine Credo. Fit
 in memoriam triginta annorum vi-
 tæ Christi : & ad Pater noster , vul-
 nerum eiusdem. Aliter recitantur
 pari modo triginta tria Pater noster,
 & quinque Ave Maria. Quæ Co-
 rolla Indulgentiis Pontificum
 approbata est.

Corolla vulnerum Christi.

Ad singula vulnera recitabis quinque Pater noster; quibus addes unum Ave. Maria Compassioni Beatæ Virginis inter ipsa vulnera. Atque in fine omnium subiicies alia quinque Pater noster, instrumentis totidem plagarum: nempe, trium clavorum, lanceæ, & crucis. Ad finem oculum figes toti corollæ, vel signis singularum plagarum in nummismate, aut alia forma, interpositis, post singula quinque Pater noster:

*Rosarium 63. Ave, & 7. Pater, cultui
Sanguinis & Passionis, ac vita
Christi.*

I.

Inter singulas partes recoles ordine septem effusiones sanguinis Christi. In Circumcisione, 2. In horto, 3. In Flagellatione, 4. In Coronatione, 5. In detractione vestium

stium ante Crucem. 6. In Crucifixione. 7. In apertura lateris.

II. Similiter. 1. Sudantem sanguinem. 2. Captum , alapis cæsum, consputum, illusum. 3. Flagellatum. 4. Spinis coronatum. 5. Bajulantem crucem. 6. Crucifixum. 7. In cruce emorientem.

III. Similiter. 1. Incarnationem. 2. A Nativitate in Ægyptum. 3. A fuga in Ægyptum ad annum duodecimum. 4. A duodecimo ad trigesimum, 5. Prædicantem. 6. Patientem. 7. Resurgentem.

LITANIAE

De

NOMINE IESU.

Kyrie eleison.
Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe adi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis.

Iesu Fili Dei vivi.

Iesu potentissime.

Iesu fortissime.

Iesu perfectissime,

Iesu gloriosissime,

Iesu mirifice,

Iesu jucundissime,

Iesu charissime,

Iesu clarius sole,

Iesu pulchrior luna,

Iesu splendidior stellis,

Iesu admirabilis,

Iesu delectabilis,

Iesu honorabilis,

Iesu humillime,

Iesu pauperrime,

Iesu mitissime,

Miserere nobis.

Ie-

Iesu patientissime
Iesu obedientissime,
Iesu castissime,
Iesu amator castitaris,
Iesu amator pacis,
Iesu amator noster,
Iesu speculum vitae,
Iesu exemplar virtutum,
Iesu decus morum,
Iesu zelator animarum,
Iesu refugium nostrum,
Iesu pater pauperum,
Iesu consolatio affictorum,
Iesu thesaurus fidelium,
Iesu gemma pretiosa,
Iesu armarium perfectionis,
Iesu bone pastor ovium,
Iesu stella maris,
Iesu lux vera,
Iesu Sapientia æterna,
Iesu bonita infinita,
Iesu gaudium Angelorum,
Iesu Rex Patriarcharum,
Iesu inspirator Prophetarum,
Iesu magister Apostolorum,

Miserere nobis.

D

Iesu

Iesu Doctor Evangelistarum, Misere-
re nobis.

Iesu fortitudo Martyrum, Miserere
nobis.

Iesu lumen Confessorum, Miserere
nobis.

Iesu sponsa Virginum, Miserere no-
bis.

Iesu corona sanctorum omnium.
Miserere nobis.

Propitius esto, Parce nobis Iesu.

Propitius esto, Exaudi nos Iesu.

Ab omnimalo,

Ab omni periculo,

Ab iratua,

Ab infidiis Diaboli,

A peste, fame, & bello,

A transgressione mandatorum
tuorum.

Ab incursu omnium malorum,

Per Incarnationem tuam,

Per Adventum tuum,

Per Nativitatem tuam,

Per dolores tuos,

Liber a nos Iesu.

Per

Per Flagella tua. Libera nos Iesu.

Per Mortem tuam, Libera nos Iesu.

Per Resurrectionem tuam. Libera nos Iesu.

Per Ascensionem tuam. Libera nos Iesu.

Per gaudia tua. Libera nos Iesu.

Per gloriam tuam. Libera nos Iesu.

Per Dulcissimam Virginem Matrem tuam. Libera nos Iesu.

Per intercessionē omnium Sanctorum tuorum, Miserere nobis Iesu.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Iesu.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi Exaudi nos Iesu.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis Iesu,

Iesu Christe, audi nos.

Iesu Christe, exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster. *V. Et ne nos.*

D 2

V. Be.

V. Benedic anima mea Dominum.

V. Et omnia, qua intra me sunt non nisi sancto ejus.

V. Sit nomen Domini Benedictum.

R. Ex hoc, nunc, & usque in sa-
culum.

V. Adjutorium nostrum in no-
mine Domini.

R. Qui fecit celum & terram.

V. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus, qui gloriosissimum no-
men Iesu Christi filii tui Do-
mini nostri fecisti fidelibus
tuis summo suavitatis affectu ama-
bile, & malignis spiritibus tremen-
dum atque terribile concede propi-
tius, ut omnes, qui hoc nomen Ie-
su devotè venerantur in terris, san-
ctæ consolationis dulcedinem in-

pre-

præsenti percipient, & in futuro
gaudium exultationis & intermina-
bilis beatitudinis obtineant in cælis.
Per eundem &c.

V. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus, &c.

V. Benedicamus Domino. &c.

R. Et fidelium animæ, &c.

*Aspirationos, & dulcia verba ad
Iesum & Mariam, ex Lud.*

Blosf.

O Christe IESU, miserere mei,
O pie, ô clemens, ô benignus
Redemptor ! O spes mea
unica ! O bone IESU, dilecte mi!
O amator meus, dulcedo cordis
mei, vita animæ meæ. O serena
lux mea vernans gaudium meum,
pax mea, suavis. O divitiae meæ,
verum bonum meum, sufficientia
mea. O Paradise deliciarum, Deus
meus intende mihi. Peto veniam;
peto spiritum bonum. Peto gratiam.
Emunda, sana, sanctifica me. Do-

D 3

ce,

ce, illumina, dirige me. Adjuva, protege, salva me. Da ut diligam te D E U M, toto corde, tota anima, tota virtute. Laus tibi Domine, laus tibi, honor & gloria perennis, Amen.

Oratio de nomine IESU.

Dignare benignissime I E S U, per hoc sanctum nomen tuum, esse mihi Iesu, & dare mihi Spiritum electorum Iesu inse- re quæso cordi meo hoc amabile nomen tuum, ut ejus dulcedine pascar, ejusque amore ita ardeam, ut moriar & vivam in te Iesu mi dulcissime, Iesu mi suavissime Ie- su mi dilectissime: invocato sem- per hoc jucundissimo, hoc meli- fluo, hoc salutifero nomine tuo Iesu, Iesu, Iesu!

Alia Oratio ad IESU M.

Aborbeat quæso, ò dulcissime Iesu Christe, spes unica, & auxilium animæ meæ, men- tem

tem meam , ab omnibus quæ sub
cælo sunt ignita & melliflua vis amo-
ris tui. Moriār , qui amore amoris
mei dignatus es mori , & deduc me
è terris propter te in Paradisum , qui
de Paradiſo propter me in terras de-
scendisti ò amor amoris mei ! Amen
Oratio ad Iesum Christum , S. Ambro-
sii.

IESUS meus & omnia ! infirmor ?
tu salus mea es. Esurio ? tu fa-
tietas mea. Sum pauper ? Tu
abundantia mea. Sum ignarus ? tu
sapientia mea. Sum peccator ? tu
justitia mea es. O Iesus meus &
omnia ! *Dum transis Crucifixum.*
Dulcis amor Iesu pro me crucifice,
propitius esto mihi peccatori !

Alia ad Iesum.

IEsu bone , ego nimis imperfecte
tibi servio , nimis frigidē te lau-
do , & te diligo. Ah quām lon-
gē adhuc absūm à vera mei abnega-
tione , à vera humilitate , patientia ,
charitate ! Te rogo , ut quod minus

est in me , ut digneris supplere , & di-
vinum cor tuum Patri pro me offer-
re .



*Tuam ipsius animam per-
transibit gladius.* Luc. 2.

35.



*Ne vocetis me Noemi (id est ,
pulchram) sed vocate me
Mara (id est amaram)
quia amaritudine valde
replevit me Omnipotens.
Ruth. I.*

EX-



EXERCITIVM III.

seu.

OFFICIUM PAR.
VUM.DE VII. DOLORIBVS
B. V.

Gemitus Matris tuae ne obliviscaris.
AD MATUTINUM.

1. *Dolor, ex Simeonis vaticinio.*

Luc. 2. *Ave Maria, &c.*

V. **D**omine labia mea aperies.
R. **D**Et os meum annuntiabit laudem tuam.

V. Deus in adjutorium meum annuntiabit laudem tuam.

V. Deus in adjutorium &c. Al-
leluja. vel Laus tibi Domine, Rex
eternæ gloriae.

Hymnus.

Ave dulcis Mater Christi,
Quæ cor tuum gladio

Trans-

Transfigendum audis tristi
 Senis Vaticinio ;
 Tanti memor fac doloris ,
 Mihi sis præsidie ,
 Ut post vallem hanc mæroris ,
 Cæli reddar gaudio.

Ant. Cui comparabo te ? vel cui
 assimilabo te , filia Jerusalem ? cui
 exæquabo te , & consolabor te , Vir-
 go filia Sion ? magna est enim velut
 mare contritio tua. *Thren. 2. 13.*

V. Tuam ipsius animam doloris
 gladius pertransivit.

R. Ut revelentur ex multis cor-
 dibus cogitationes. *Luc. 2. v. 35.*

Oremus.

Interveniat pro nobis , quæsu-
 mus , Domine Iesu Christe , nunc
 & in hora mortis nostræ apud
 tuam clementiam B. V. Maria Ma-
 ter tua , cujus sacratissimam ani-
 mam in hora tuæ Passionis doloris
 gladius pertransivit. Per te Iesu
 Christe Salvator mundi , qui cum Pa-
 tre & Spiritu Sancto , vivis , &c.

AD PRIMAM.

2. *Dolor, ex fuga in Aegyptum*
Ave Maria, &c. v. Deus in adjut. &c.

Hymnus.

A Ve dulcis Mater Christi.
A Quæ præ Regis furiâ
 Sæviente, corde tristi
 Fugis exul patriâ :
O Regina Beatorum,
 Nostri spes exilij,
 Fac infraclus vi malorum,
 Fiam consors Filij.

Ant. Vide Domine, quoniam tribulor. conturbatus est venter meus : subversum est cor meum in memetipsa; quoniam amaritudine plena sum : foris interficit gladius, & domi mors similis est. *Thren. I. 20*

v. Domine, ante te omne desiderium meum.

R. Et gemitus meus à te non est absconditus.

Oremus.

Interveniat pro nobis, &c. *ut su-
 pra.* AD

AD TERTIAM.

3. *Dolor, ex amissione duodenni Filio.*
Ave Maria, &c. V. Deus in adju. &c.

Hymnus.

A Ve dulcis Mater Christi,
 Natum lugens inclitum:
 O quam tristis quæ sivisti
 Triduo jam perditum!
 Hujus memor o doloris,
 Christum fac inveniam,
 Et inventum per amoris
 Nexus semper teneam.

Ant. Plorans ploravit in nocte, &
 lachrymæ ejus in maxillis ejus, non
 est qui consoletur eam ex omnibus
 charis ejus *Thr. 12.*

V. Posuit me desolatam.

R. Tota die mærore confectam
Thren. 1, 13.

Oremus.

Interveniat pro nobis, &c. ut supra.

AD SEXTAM.

4. *Dolor, ex captivitate, flagella-
 tione, Coronatione, & Bainulatione
 Crucis Christi.*

D 7 Ave

Ave Maria, &c. ¶. Deus in adju-
jut. &c.

Hymnus.

A Ve dulcis Mater Christi,
Quæ dilectum Filium
Capi, cœdi, flens vidisti,
Manibus crudelium:

O Per pœnas Patientis,
Nobis sit impunitas:

Per amorem Condolentis,
Matris crescat charitas!

Ant. Vide Dñe afflictionem meæ,
quoniam eretus est inimicus Ma-
num suam misit hostis ad omnia de-
siderabilia mea. *Thren.* 3.

¶. Quis dabit capitimeo aqua,
& oculis meis fontem lacrymarum,

R. Et plorabo die ac nocte.

Oemus.

Interveniat, &c. ut supra.

AD NONAM.

s. Doior, ex Crucifixione.

Ave Maria &c. ¶. Deus in adju-
tor. &c.

Hymnus.

A Ve dulcis Mater Christi;
 Quæ sub Crucis arbore,
 Gemens, Natum morte tristi
 Vides, heu , succumbere.
O per Ensem hunc doloris ,
 Qui tunc scidit animam ,
Fac me firmet vis amoris ,
 Mortis ad victoriam.

Ant. O vos omnes . qui transitis
 per viam, attendite & videte , si est
 dolor, sicut dolor meus. *Tiren.* I. 12,

V. Plauerunt super te manibus
 omnes transeuntes per viam

R. Sibilaverunt & moverunt ca-
 put suum super filiam Jerusalem.

Oremus. Interveniat, &c ut su-
 pra.

AD VESPERAS.

6. *Dolor , ex Corporis è Cruce subla-
 tione.*

Ave Maria , &c.

V. Deus in Adjutorium, &c.

Hymnus,

A Ve dulcis Mater Christi,
 Quæ de Cruce mortuum
 Ulnis natum suscepisti,
 Madens undâ fletuum.
 Eia præstet vis doloris,
 Mater plena gratiæ,
 Ut supremis server horis
 Gremio clementiæ.

Antiph. Ne vocetis me Noemi
 (id est pulchram) sed vocate me
 Mara. (id est amaram) quia amari-
 tudine valdè me replevit Omnipo-
 tens. *Ruth.* I. 20.

V. Fasciculus Myrrhæ dilectus
 meus mihi.

R. Inter ubera mea commora-
 bitur. *Cant.* I.

Oremus. Interveniat ,&c. ut su-
 pra.

AD COMPLETORIVM.

7. *Dolor ex sepultura.*

V. Converte nos Deus salutaris
 noster.

R. Et

R. Et averte iram tuam à nobis.
V. Deus in adiutorium, &c.

Hymnus.

Ave dulcis Mater Christi,
Quæ sepulchro conditum,
Plangis Natum, heu quam tristi.

Mente volvens obitum!

In virtute tot dolorum,

Quos tulisti fortiter,

Omnem contra vim malorum,

Stare nos viriliter,

Demum sorte beatorum

Fac gaudere jugiter.

Antiph. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator, convertens animam meam *Thr. I.*

V. Defecerunt præ lacrymis oculi mei.

R. Conturbata sunt viscera mea
Thr. 2. II.

Oremus. Interveniat, &c. ut su-
pra

COM-

COMMENDATIO.

Has horas Canonicas cum de-
votione,
Tibi Virgo recolo pia ratio-
ne;

Ut materni pectoris ex compaffione
Mihi sis auxilio mortis in agone.

LITANIE

B. M. Virginis Lauretanæ.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de Cælis Deus, Miserere no-
bis.

Fili Redemptor mundi Deus, Mise-
rere nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere no-
bis.

Sancta Trinitas unus Deus, Mise-
rere nobis.

Sancta Maria !

Sancta Dei Genitrix ,

Sancta Virgo Virginum ,

Mater Christi ,

Mater divinæ gratiæ .

Mater purissima .

Mater castissima ,

Mater inviolata .

Mater intemerata ,

Mater amabilis ,

Mater admirabilis ,

Mater Creatoris ,

Mater Salvatoris ,

Virgo prudentissima ,

Virgo veneranda ,

Virgo prædicanda .

Virgo potens :

Virgo clemens ,

Virgo fidelis ,

Speculum justitiae ,

Sedes Sapientiae ,

Causa nostræ lætitiae ,

Vas spirituale ,

Ora pro nobis .

Vas

Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,
Turis davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fæderis arca,
Ianua Cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium.
Agnus DEI, qui tollis peccata mu-
di. Parce nobis Domine.
Agnus DEI, &c. Exaudi nos Do-
Agnus DEI, &c. Miserere nobis.

Chri-

Oratio pro nobis,

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison,

Kyrie eleison.

Pater noster, &c. Ave Maria, &c.

Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes, ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa, & benedicta, Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repræsenta.

V. Ora Pro nobis S. Dei Genitrix

R. Ut digni efficiamur Promissionibus Christi.

Oremus.

Gratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde; ut qui Angelo annuntiante Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus & Crucem ad Resurrectionis glo-

gloriam perducamur. Per eundem,
&c.

V. Ora pro nobis Beatissime Ioseph.

R. Ut digni efficiamur Promissionibus Christi.

Oremus.

Sanctissimæ Genitricistuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur, ut quod Possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate,
&c.

LITANIE DE VIL DOLORIBUS.

B. V. MARIAE.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison,

Christe audi nos.

Christe exaudi nos,

Pater

Pater de cœlis Deus , Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus ,
Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus , Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus , Miserere nobis.

Mater dolorosa , cui in diversorio non fuit locus.

Quæ in stabulum divertere coacta es,

Quæ primogeritum tuum in prælepio collocasti ,

Quæ Circumcisionem Filii tui commiserata aspexisti ,

Quæ Filium tuum in signum , cui contradicetur , esse positum , audivisti ,

Quæ tuam animam gladio trâs .
fodiendam audivisti ,

Quæ cum Filio in Ægyptum fugere debuisti .

Quæ cæde Innocentum dolui-
sti ,

Ora pro nobis.

Quæ

Quæ duodennem Filium in templo amissum, triduo dolens quæsivisti,

Quæ constans Iudæorum, in Filium tuum, odium sensisti.

Quæ in die ultimæ cœnæ Filio Hierosolymam ad Passionem eunti tristissimum vale dixisti,

Quæ Filium à Iuda proditum, & captivum abductum, cognovisti,

Quæ Filium tanquam facinorosum, Principibus Sacerdotum traditum vidisti,

Quæ Filium falsò accusatum audivisti.

Quæ benedictam Filii faciem terribili alapâ cæsari intellexisti.

Quæ Filium à Iudæis & lictori- bus crudelissimè tractatum audiisti,

Quæ Filium Barabbæ postponi audivisti :

Quæ

Quæ Filium flagellis cæsum, &
spinis coronatum, conspe-
xisti,

Quæ iniquissimam in filium
sententiam pronuntiari au-
divisti,

Quæ Filio Crucis pondere onu-
sto obviam ivisti,

Quæ benedictas Filii manus &
pedes horrendis clavis trans-
figi audivisti.

Quæ suprema Filii tui verba in
Cruce excepisti,

Quæ Filio in agone adstitisti,

Quæ exanime Filii corpus de
cruce depositum materno
gremio excepisti,

Quæ à sepulto Filii Corpore to-
ta tristis & desolata domum
rediisti,

O Regina Martyrum,

O Speculum afflictorum,

O Solatium infirmorum,

O Fortitudo pusillanimorum,

O Refugium peccatorum,

Oia pro nobis.

Per amarissimam Passionem & mortem filii tui. Libera nos, ô Regina Martyrum.

Per acerbissimos dolores cordis tui,

Per summam tristitiam, & desolationem tuam;

Per maximas angustias tuas,

Per gemitus & lachrymas tuas,

Per maternam compassionem tuam,

Per potentissimum patrocinium tuum,

Ab immoderata tristitia,

A pusillanimitate,

Ab omni occasione & periculo peccati,

Ab insidijs diaboli;

A duritate cordis,

Ab impænitentia,

A subitanea & improvisa morte,

Ab æterna damnatione,

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Libera nos, ô Regina Martyrum.

U

Ut nos in vera fide, spe, & charitate patrocinio tuo conservare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut nobis à Filio tuo perfectum de peccatis dolorem & pœnitentiam impetrare digneris. Te rogamus audi nos.

Ut invocantibus te consolationem & opeim ferre digneris, Te rogamus audi nos.

Ut in agone mortis nobis succurre re digneris. Te rogamus audi nos.

Ut beatum nobis vitæ exitum impetrare digneris. Te rogamus audi nos;

Mater Dei. Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, &c. Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, &c. Miserere nobis.
Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleilon.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster, &c. Ave Maria, &c.

V. In omni tribulatione & Angustia nostra.

R. Succurre nobis beatissima Virgo Maria.

Oremus.

Interveniat pro nobis, quæsumus
Domine Jesu Christe, nunc &
in hora mortis nostræ apud tu-
am clementiam beata Virgo Maria
Mater tua: cuius sacratissimam a-
nimam in hora tuæ Passionis doloris
gladius pertransivit. Per te Jesu
Christe Salvator mundi, qui cum
Patre, & Spiritu S. vivis & regnas in
sæcula sæculorum. Amen.

Planctus B. M A R I Æ Vir-
ginis.

Stabat Mater dolorosa
Juxta crucem lachrymola,
Dum pendebat Filius:
Cuius animam gementem,
Contristantem & dolentem

Per-

Pertransivit gladius.

O quam tristis & afflita

Fuit illa benedicta

Mater Unigeniti !

Quæ mærebat, & dolebat,

Et tremebat cum videbat

Nati pænas inclyti.

Quis est homo, qui non fleret,

Christi Matrem si videret

In tanto suppicio ?

Quis non posset contristari

Piam Matrem contemplari

Dolentem cum Filio ?

Pro peccatis suæ gentis ,

Vidit Jesum in tormentis ,

Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem Natum ,

Morientem, desolatum ,

Dum emisit Spiritum.

Eia Mater fons amoris ,

Me sentire vim doloris

Fac, ut tecum lugeam.

Fac ut ardeat cor meum ,

In amando Christum Deum ,

Ut sibi complaceam.

Sancta Mater istud agas,
 Crucifixi fige plagas
 Cordi meo valide:
 Tui nati vulnerati,
 Tam dignati pro me pati,
 Pænas mecum divide.
 Fac me verè tecum flere,
 Crucifixo condolere,
 Donec ego vixero:
 Iuxta Crucem tecum stare,
 Te libenter sociare
 In planctu desidero.
 Virgo virginum præclara,
 Mihi jam non sis amara,
 Fac me tecum plangere:
 Fac ut portem Christi mortem,
 Passionis fac consortem,
 Et piægas recolere.
 Fac me plagis vulnerati,
 Cruce hac inebriari,
 Ob amorem Filii.
 Inflammatus & accensus,
 Per te Virgo sim defensus
 In die judicii.
 Fac me cruce custodiri,

Mor-

Morte Christi præmuniti,
Confoveri gratiâ.

Quando corpus morietur,
Fac ut animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

V. Tuam ipsius animam doloris
gladius pertransivit.

R. Ut revelentur ex multis cor-
dibus cogitationes.

Oremus. Interveniat pro nobis,
&c. ut supra.



*In charitate perpetua dilexi te
Ideo attraxi te. Jerem. 31. 3.*



*Iacob genuit Ioseph , Virum Ma-
riæ , de qua natus est Iesus , qui
vocatur Christus. Matth.
1. 16.*

EX



EXERCITIVM IV.
SEU
OFFICIUM PAR-
VUM
DE S. IOSEPHO.

A D M A T U T I N U M.

V. **D**omine labia mea aperies.
R. **D**icitur Et os meum annuntiabit
laudem tuam.

V. Deus in adjutorium &c.

Gloria Patri &c. vel Laus tibi, &c.

Hymnus.

Magnus Joseph, Fili David,
Custos date Virgini,
Quem & Virgo nuncupavit
Patrem Christi Domini.
Qui fidelis Servus Dei
Datus es familiæ,

Precor velis curam mei,

Tamquam Pater gerere,

Antiph. Constituit eum Dominum domus suæ, & Principem omnis possessionis suæ. *Psal.* 104.

V. Ora pro nobis beatissime Ioseph.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Sanctissimæ Genitricis tuae Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Domine exaudi orationem meam, &c.

V. Benedicamus &c.

R. Et fidelium, &c.

AD PRIMAM.

Salve Patriarcharum decus , &
Ecclesiæ sanctæ Dei œconome , cui
panem vitæ & frumentum Electo-
rum conservasti.

¶ Deus in adjutorium meum in-
tende :

R. Domine ad adjuvandum me festi-
na.

Gloria Patri & Filio &c.

Sicut erat &c. Amen. Alleluia. vel
Laus. &c.

Hymnus,

Cum ferentem castam Matrem
Conspexisses uterum ,
Et nescires tamen Patrem ,
Cor gerebas anxium ;
Sed de caelo mox instructus ,
Posuisti dubium.
Fac ut omnis meus ludus

Transeat in gaudium.

Antiphona.

Joseph fili David , noli timere ac-
cipere Mariam Conjugem tuam :

quod enim in ea natum est, de Spiritu S. est. Matth. 20.

℣. Ora pro nobis, &c. cum orat.
ut supra. p. 106.

AD TERTIAM.

Salve Patriarcharum decus, &c.
ut supra.

℣. DEUS in adjutorium &c

℟. Domine ad adiuvandum &c.

Gloria Patri &c. Sic ut erat &c.

Hymnus

Dum in Bethlem profecturus,
Pergeres cum Virgine,
Deus nobis par futurus,
Natus est in tempore,
Quem in fœno collocatum,
Coluisti gnaviter :
Nunc in cælo elevatum ,
Ora pro me jugiter.

Antiphona.

Ascendit Ioseph à Galilæa de Nazareth, in Iudæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Luca. 2. 4.

℣. O-

V. Ora pro nobis, &c. ut supra.
p. 106.

AD SEXTAM.

Salve Patriarcharum decus, &c.
ut supra.

V. Deus in adjutorium meum in-
tende.

R. Domine ad adjuvandum &c.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Hymnus.

VIm Herodis euasisti
Monitus ab Angelo,
In Ægyptum cùm duxisti
Virginem cum parvulo.

Per mœrorem, quem tulisti
Isto in exilio,
Cùm gravabor horâ tristi,
Mihi sis auxilio.

Antiphona.

Surge, & accipe puerum & Ma-
trem eius, & fuge in Ægyptum, &
esto ibi, usque dum dicam tibi; fu-
turum est enim, ut Hærodes quærat
puerum ad perdendum eum. Matt.
V. O.

℣. Ora pro nobis, &c. cum O-
rat. p. 106.

AD NONAM.

Salve Patriarcharum decus, ut
suprà, 106.

℣. Deus in Adjutorium, &c.

Hymnus

EX Ægypto cùm desessus,
Gauilæam peteres,
Es in Nazareth digressus,
Ut securus degeres.

In florentis hortum mentis
Amas Iesum ducere:
Da florescat & mitescat,
Hortus meæ animæ.

Antiph.

Et consurgens ex Ægypto, acce-
pit puerum & Matrem ejus, & ve-
nit in terram Israel, & habitavit in
civitate, quæ vocatur Nazareth.
Matth. 2.

℣. Ora pro nobis, &c. cum O-
rat. ut suprà, f. 106

AD

AD VESPERAS.

Salve Patriarcharum decus, &c.

ut supra.

℣. Deus in adjutorium, &c.

Hymnus.

Quam dolebas, cum qua rebas
 Duodennem Iesulum !
 Sed inventus, & retentus
 Auxit ille gaudium.

Jesum, Lumen oculorum,

Fac me nunquam perdere :

Semper puritate morum

Menti adsit integræ.

Antiphona.

Fili, quid fecisti nobis sic ? ecco
 Pater tuus & ego dolentes quære-
 bamus te. *Luc. 2.*

℣. Ora pro nobis, &c. cum O-
 rat, ut supra.

AD COMPLETORIVM.

Salve Patriarcharum decus, &c.

ut supra.

℣. Converte nos Deus salutaris
 noster.

¶. Et

R. Et averte iram tuam à nobis
V. Deus in Adiutorium, &c.
Gloria Patri, &c.

Hymnus.

Intra Iesu & Mariæ
 Manus integerrimas,
 Spiritum emittis piè
 Hinc ad sedes superas.
Eia Iesu & Mariæ
 Te conjunge tertium,
 Quando me suprema die
 Mors citabit anxium.

Antiph.

In pace in idipsum dormiam
 requiescam: quoniam tu, Domi
 singulariter in spe constituesti
 Psal. 4. 9.


V. Ora pro nobis, &c. cum O-
 rat, ut suprà.

Commendatio.

Cliens tibi dedicatus
 Solvit hoc Officium:
 Ejus votis tu vocatus
 Redde beneficium;

Ut

Ut post hujus vitæ metam,
Tuo patrocinio,
Tecum vivam vitam lætam
Cæli in palatio. Amen.



L I T A N I Æ
De
**S A N C T O J O -
S E P H O .**

KYrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Iste audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Miserere no-
bis.

Fili Redemptor mundi Deus, Mi-
serere nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere
nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, Mi-
serere nobis.

S. Ma-

S. Maria, Sponsa Ioseph.

S. Ioseph, Sponsus Mariæ. V.

Tutor & Nutritie Iesu,

Vir secundum cor Dei,

Fidelis servus & prudens,

Custos Virginitatis Mariæ,

Comes & solatum Mariæ.

In Virginitate mundissime,

In humilitate profundissime,

In charitate ardentissime,

In contemplatione altissime,

Qui Vir justus ipsius Spiritus
sancti testimonio comproba-
tus es.

Qui in divinis mysteriis præ o-
mnibus illuminatus fuisti.

Qui de sacro incarnati verbi
mysterio cælitus edocetus es.

Qui cum Maria desponsata tibi
conjuge prægnante in Beth-
lehem profectus es.

Qui non inveniens locum in di-
versorio ad stabulum diver-
tisti.

Qui

Ora pro nobis.

Qui Christonascenti, positoque
in præsepio adesse meruisti.
Qui Iesu sanguinem in circum-
cisione excepisti,

Qui puerum Iesum in templo
cum Maria Matre Domino
præsentasti.

Qui Angeli monitu accepto
puero & Matre ejus in Ægy-
ptum fugisti,

Qui defuncto Herode cum pue-
ro & Matre eius in terram I-
srael rediisti.

Qui amissum in Ierusalem Fi-
lium triduo cum Maria Ma-
tre dolens quæsivisti,

Qui post triduum sedentem il-
lum inter Doctores gaudens
invenisti.

Qui Dominum dominantium
tibi in terris subditum habui-
sti.

Cujus laus est in Evangelio :
Vir Mariæ, de qua natus est
Iesus.

Oratio
pro nebris.

Advo-

Advocate noster, Audi nos S. Ioseph
Patrone noster, exaudi nos S. Jo-
seph.

In omnibus necessitatibus no-
stris,

In omnibus angustiis nostris,

In hora mortis nostræ.

Per castissimam desponsatio-
nem tuam,

Per paternam curam & fidem
tuam.

Per labores & sudores tuos,

Per omnes virtutes tuas,

Per summum honorem & semi-
piternam beatitudinem tu-
am.

Per fidelem intercessionem tu-
am,

Clientes tui,

Vt à Iesu peccatorum nostro-
rum veniam nobis impetra-
re digneris.

Ut Iesu & Mariæ fideliter nos
commendare digneris.

Ut omnibus in virginali & con-

Audiua nos S. Ioseph.

Te rogamus audi nos.

jug

jugali statu viventibus, con-
venientem castitatem impe-
trare digneris,

Ut omnibus Congregationibus
perfectum amorem, & con-
cordiam impetrare digneris.

Ut Præsidibus ac Prælatis om-
nibus in subditorum suorum
gubernatione adesse digne-
ris.

Ut Patribus familias in Christiana
liberorum educatione o-
pitulari digneris.

Ut omnes de tuo patrocinio
confidentes protegre digne-
ris.

Ut Congregationibus tuo No-
mine & patrocinio institutis
paterno semper auxilio sub-
venire digneris.

Ut cū I E S U & Maria in extre-
mo vitæ articulo nos invisere
& præsto esse digneris.

Ut Omnibus fidelibus defun-
ctis intercessionis tuae suffra-

Terrogantius audinos.

gio

gio succurrere digneris, Te roga-
mus audi nos.

O Castellum MARIE Sponsae, Te ro-
gamus audi nos.

O Fidelis JESUI Nutritie, Te ro-
gamus audi nos.

S. JOSEPH, Te rogamus audi
nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis IESU,

Agnus Dei, &c. Exaudi nos IESU.

Agnus Dei, &c. Miserrere nobis
IESU.

Iesu Christe audi nos. Iesu Christe
exaudi nos.

Kyrie eleison Christe eleison Kyrie
eleison. Pater noster &c.

V. Ora pro nobis Beatissime JO-
SEPH.

R. Ut digni efficiamur promis-
sionibus Christi.

Oremus.

Deus qui Sanct. Iosephum in Spon-
sum Mariæ semper Virginis,
Fili

Filiū tui dilecti Domini nostri Iesu Christi Tutorem & Nutritium elegisti : te supplices exuramus ; animæ & corporis puritatem ejus nobis patrocinio concede propitius ; ut puri ab omni macula , & veste nuptiali , ad cœli nuptias admittamur . Per eundem , &c.

EXERCITIUM

Singularis devotionis erga S. Iosephum consistens in quinque Orationibus

I. ORATIO.

Quâ S. Iosephin Patronum eligitur.

OS. IOSEPH , Redemptoris mei Christi IESU fidelis Oeconome ac Nutritie castissime Virginis Deiparæ Sponse : Ego N. N. te hodie in Patronum & Advocatum meum singularem eligo firmiterque propono , me numquā te derelicturū , nec permīssurū , ut à quoquā ex meis subditis aliquid contra tuū honorē agatur . A te igitur peto suppliciter , ut me in cliēte per-

petuum suscipere , in rebus dubiis
instruere, in adversis solari , in hora
denique mortis defendere ac prote-
gere. digneris. Amen.

II. ORATIO.

*Ad impetrandam D. JOSEPHI in-
tercessione gratiam pie communi-
candi .*

O Beatissime Ioseph , quanta ti-
bi à Deo gratia concessa est,
quod unigenitum ejus filium
in carne (quem tot Reges videre
frustra exoptarunt) non tantum
videris, sed & brachiis paterno af-
fectu amplexus fueris! utinam ego
hoc tuo exemplo inflammatus, &
patrocinio adjutus Dominum ac
Redemptorem meum Christum Ie-
sum simili amoris ac reverentiae af-
fectu in sanctissimo Altaris Sacra-
mento , quo merear eundem post
hac æternum complecti in cœlis.

III. O-

III. ORATIO.

*Ut S. Iosephum in via vitæ hujus du-
cem & comitem impetremus.*

OS Ioseph, quitanquam Pater
& maniductor Christum Ie-
sum in pueritiam & juventute
per omnes peregrinationis humanæ
vias fidelissime deduxisti: & mihi
obsecro in vitæ meæ peregrinatione
tanquam Comes & ductor, affixe,
nec unquam permitte me à via
mandatorum Dei declinare: sis in
adversis præsidio, ærumnis solatio;
donec tandem ad terram viventi-
um perveniam, ubi tecum & san-
ctissima Sponsa tua Maria, omni-
busque Sanctis æternum in Deo
Iesu meo exultem. Amen.

IV. ORATIO

*Ad qualibet D. Iosephi intercessio-
ne impetranda.*

OS. Ioseph, cui Iesus hic in ter-
ris sese subjecit, promptè-
que obedivit, quemque si-
F gula-

gulari semper honore & amore prosecutus est : quomodo idem in cœlis, ubi tua nunc remuneratur merita, quicquam tibi denegabit? ora pro me, ô S. Ioseph, gratiamque impetra, imprimis, ut peccata omnia serio detester & fugiam, præsertim istam vitam in melius emendem, constanterque me virtutum studio impendam, præsertimistarum ab his temptationibus & peccandi occasionibus, quibus anima mea in periculum damnationis induci posset, & ab afflictione ac miseria hac nisi divinæ id voluntati, meæque saluti adverteretur, liberer. In his tamen & aliis omnibus totum me divino arbitrio & dispositioni, tuæque paternæ fidei, ô S. Ioseph, subjicio & comitto, Amē

V. ORATIO.

Pro felici morte impetranda.

OS. Ioseph, qui in suavissimo, Iesu clientis tui, & dulcissime Spon-

Sponsæ tuæ Mariæ complexu ex
hac vita emigrâsti succure mihi, ó
S. Pater, cum Iesu, & Maria, tunc
potissimum quando mors vitæ meæ
finem imponet. illudque (quod u-
nicè peto) solatium mihi impetra,
ut in ijsdem sanctissimis Iesu & Ma-
riæ brachiis exspirem. In manus ve-
stras vivens & moriens commendo
Spiritum meum, IESUS MA-
RIA IOSEPH.

Amen.



(124)

Pretiosa in conspectu Domini
mors sanctorum ejus. Psal.

115. 15.



Notum fac mihi Domine, finem
meum, & numerum dierum meo-
rum, quis est, ut sciam quid de-
sit mihi. Ps. 38.

5.

EX-



EXERCITIUM V.

SE V,

OFFICIUM PAR-
VVM.

DE S. BARBARA.

Virg. & mart. Profeli-
ci morte.

AD MATUTINUM.

Dissisa est gratia in labiis tuis:
propterea benedixit te Deus in æ-
ternum.

V. **D**omine labia mea aperies,
R. Et os meum annuntiabit
laudem tuam.

V. Deus in adjutorium, &c. Al-
leluja. vel Laus tibi Domine, Rex
æternæ gloriæ.

Hymnus.

Fatalis ó agonis
Patroua Barbara,
Cœlistibus coronis,
Gemmisque fulgida!

Me terret imminente

Mors certa spiculo,
Sed, Virgo, te favente,
Sum par periculo.

Ant. Sponsabo te mihi in sempiternum & sponsabo te mihi in justitia & judicio, & in misericordia, & in miserationibus. *Ose 2. 19,*

Ora pro nobis S. Virgo & Martyr Barbara. *R.* Ut felix nobis sit mortis hora.

Oremus.

Intercessio, quæsumus Domine,
sanctæ Virginis & Martyris tuæ
Barbaræ nos adjuvet: ut qui ejus
patrocinium in Angustiis & necessi-
tatis nostris imploramus; auxili-
um quoque in hora potissimum
mortis experiamur. Per Dominum
nostrum, &c.

V. Domine exaudi orat: Bene-
dicamus Domino, &c.

R. Deo gratias.

V. Et fidelium animæ per mi-
sericordiæ Dei requiescant in pa-
ce. *R.* Amen.

AD

A D P R I M A M

Diffusa est gratia in labiis tuis
propterea benedixit te Deus in æ-
ternum.

¶. Deus in adjutorium, &c.

Hymnus.

TU vincis innocentia.

Candore lilia,

Per prata quæ nitenti

Stant lacte turgida;

Da, candido nitore

Ut virgo fulgeam,

Castoque fac amore

Ut purus ardeam.

Ant. Aquæ multæ non potuerunt
extinguere charitatem, nec flumi-
obruent illam. *Cant. 8. 7.*

¶. Ora pro nobis, &c. *cum oras.*

p. 391.

A D T E R T I A M.

Diffusa est gratia in labiis tuis :
propterea benedixit te Deus in æ-
ternum.

¶. Deus in adjutorium, &c.

Dum proprio cruore
 Alpersa pingeris,
 Vincis Rosas rubore,
 Quæ stant in hortulis,
 Ocœlico vireto
 Plantante floscule.
Hoc orbis in vepréto
 Me, quæso, respice.

Ant. Hæc est, quæ nescivit thoru[m] in delicto habebit fructum in respectione animarum sanctorum
Sap. 3. 13.

¶. Ora pro nobis: &c. *cum orat.* p. 126.

AD SEXTAM.

Diffusa est gratia in labiis tuis:
 propterea benedixit te Deus in æternum.

¶, Deus in adjutorium, &c.

Hymnus.

VT axe sunt sereno
 Nocturna sidera:
 Ut vere sunt amæno
 Jucunda flumina;

Sic,

Sic , Virgo charitatis

Et luce fulgida :

Sic , Virgo , puritatis

Et rore limpida.

Ant. O quām pulchra est casta generatio cum claritate : immortalis est enim memoria illius ; quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. *Sap 4. I.*

V. Ora pro nobis, &c. *cum orat. ut supra.*

A D N O N A M.

Diffusa est gratia in labiis tuis :
propterea benedixit te Deus in æternum.

V. Deus in adjutorium , &c.

Hymnus.

TE sentiunt Patronam ,

Quos morbus opprimit

Te sublevare pronam ,

Quos cura deserit.

Angore cùm supremo

Me morbus opprimet ,

Succure , quando nemo

Levamen adferet.

Antiphona.

Liberasti me secundum multitudinem misericordiae Nominis tui,
de manibus quærentium animam
meam, & de portis tribulationi,
quæ circuiderunt me. Eccli. 51 I.

℣. Ora pro nobis, &c. cum oratione, ut supra.

AD VESPERAS.

Diffusa est gratia in labiis tuis:
propterea benedixit te Deus in æternum.

℣. Deus in adjutorium, &c.

Hymnus.

Cum ferreo sopore
Mors membra vincet,
Et Tartarus furore
Bacchante sæviet:
Dum judicis severi
Tribunal horreo;
Tum, Virgo, me tueri
Ne differ, obsecro.

Antiphona.

Media nocte clamor factus est:
Ecce Sponsus venit, exite obviam
ei. Math. 25. 6.

℣. Ora.

V. Ora pro nobis, &c. cum orat. ut supra.

AD COMPLETORIVM

Diffusa est gratia in labiis tuis
propterea benedixit te Deus in æternum.

V. **C**onverte nos, Deus salutaris noster.

R. Et averte iram tuam à nobis.

V. Deus in adjutorium meum intende,

R. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c,

Hymnus.

AMabo te, sonabo,
Dum vita manferit,
Magisque prædicabo,
Cum vita cesserit:

Interque lilieta

Cum me receperis,
Quies gaudiis repleta,
O Virgo! pasceris,

Antiphona.

Iam hyems transiit imber abiit
& recessit surge amica mea , spe-
ciosa mea & veni. *Cant. 2. 11. & 13.*

*Vt. Ora pro nobis, &c. cum orat:
ut supra.*

Oblatio.

Admitte nostra vota ,
O sancta Barbara ,
Profecta mente totâ ,
Patrona maxima :
Exopto te videre ,
Cùm cesso vivere ,
Tunc , oro , me tuere ,
Cœloque suscipe .

SEPTEM PETITIO-
NIS.

PER S. BARBARÆ
Patrocinium.

I. *Ad contemnendas mundi vani-
tates.*

OGratiosa Virgo , Barbara , quæ
in primæ ætatis tuæ flore
omnibus mundi deliciis &
va-

vanitatibus te totam virtutis studio
tradidisti : ora pro me; ut & ego ani-
mum à noxiis hujus mundi studiis
avocem , Christique servitio me
totum impendam. Amen.

Pater noster , &c.

2. *Ad donum Castitatis impetrandum.*

ODilecta Christi Sponsa, S. Bar-
bara, Virginalem Castitatem
I E S U Christo in sempiternū
obsequium obtulisti : ora pro me ;
ut & ego eidem Domino meo Iesu-
Christo casto semper corpore , &
mundo corde placere studeam. A-
men. Pater noster , &c.

3. *Ad cognitionem Dei impetrان-
dam.*

OVirgo sapiens & prudens , S.
Barbara , quæ singularem
sanctissimæ Trinitatis cogni-
tionem à Deo es adepta, eandem
que infidelibus communicasti : ora
pro me ; ut & ego pariter in eadem
Dei cognitione ad ipsius gloriam ,
meamque salutem magis indies
proficiam, Amen. Pater. &c. Ad

4. Ad impetrandam constantiam
in virtutibus.

O Clarâ virtute Martyr S. Barbara quæ in fide, spe, & charitate constans ad mortem usque; perstisti: ora pro me, gratiamque constantiæ in tam salutarium virtutum exercitio impetra donec me Deus ex instabili hujus vitæ cursu in regnum suum transferat. Amen.

Pater noster, &c.

5. Ad impetrandam opem in morbis.

O Electa Christi famula S. Barbara, cujus lethalia vulnera Jesus in carcere attacku manuum suarum curavit: ora pro me, ut & idem Salvator meus Iesus me in infirmitatibus meis invisere, omniaque tam corporis, quam animæ vulnera curare dignetur. Amen. Pater noster, &c.

6. Ad impetrandam fortitudinem in adversis.

O Ecclesiæ Heroina S. Barbara, quæ virili fortitudine probra,

cru-

cruciatus, & tormenta omnia amore Christi subiisti: ora pro me, ut & ego omnes hujus vitæ ærumnas æquo semper animo excipiam, patienterque perferam. Amen.

Pater noster. &c.

7. *Ad impetranda in extremis Sacramenta.*

O Singulare morientium Solatum, S. Barbara, cui præ reliquis sanctis hæc à Deo gratia misericordia in agone subveniendi concessa est: ora pro me; ut nonnisi omnibus Ecclesiæ Sacramentis ritè munitus, ex hac vita emigrare merear, Amen.

Pater noster, &c.



Mibi

(136)

Mibi autem absit gloriari , nisi
in Cruce Domini nostri Iesu Chri-
sti. Gal. 6. 14.



Humiliavit semetipsum (Dominus noster Iesus Christus) factus
obediens usque ad mortem , mor-
tem autem Crucis. Phil. 2.8.

EX-



EXERCITIVM VI.
SEU
OFFICIUM PAR-
VUM
S. CRUCIS.
AD MATUTINUM.

℣. Per signum Crucis de inimi-
cis nostris.

℟. Libera nos Deus noster.

℣. Domine labia me aperies.

℟. Et os meum annunciat lau-
dem tuam.

℣. Deus in adjutorium meum
intende, &c.

Gloria Patri , &c. vel Laus tibi
Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

Patriis Sapientia , Veritas divina,
Deus homo captus est horâ ma-
tutinâ :

A no-

A notis Discipulis cito derelictus:
A Iudeis traditus, venditus & affli-
ctus.

Antiphona.

O Crux venerabilis, quæ salutem
attulisti miseris, quibus te efferam
præconiis, quoniam vitam nobis
cælitum præparasti.

V. Adoramus te Christe, & be-
nedicimus tibi.

R. Quia per S. Crucem redemi-
sti mundum.

Oremus.

Domine Jesu Christe fili Dei vi-
vi, pone Passionem, Cru-
cem & mortem tuam inter
judicium tuum & animam meam,
nunc & in hora mortis meæ: & mi-
hi largiri digneris gratiam & miseri-
cordiam, vivis & defunctis requiem
& veniam, Ecclesiæ tuæ pacem &
concordiam, & nobis peccatoribus
vitam & gloriam sempiternam. Qui
vivis, &c.

AD PRIMAM.

V. Per signum S. Crucis de inimicis nostris.

R. Libera nos Deus noster.

V. Deus in adjutorium, &c.

Hymnus.

HOra prima Dominum ducunt
ad Pilatum,

Et à falsis testibus multum ac-
cusatūm,

Colaphis percutiunt manib⁹ liga-
tum :

Vultum Dei conspuunt, lumen cæ-
li gratum.

Antiphona.

O Crucis victoria, & admirabile
signum, in cælesti curia fac nos ca-
ptare triumphum.

V. Adoramus te, &c. *cum orat.*
ut supra.

AD TERTIAM.

V. Per signum Crucis de inimi-
cis nostris.

R. Libera nos Deus noster.

V. Deus in adjutorium, &c.

CRUCIFIGE CLAMITANT HORA TERTIA
RUM :
ILLUSUS INDUITUR VESTE PURPURA
RUM :
CAPUT EJUS PUNGITUR CORONA SPINA
RAM :
CRUCEM PORTAT HUMERIS AD LOCUM
PÆNARUM.

Antiphona.

FUNESTÆ MORTIS DAMNATUR SUP
PLICIUM , DUM CHRISTUS IN CRUCE NO
stra DESTRUXIT VINCULA CRIMINUM.

¶. Adoramus te , &c. cum orat
ut supra.

Ad Sextam.

¶. Per signum Crucis de inimi
cis nostris.

R. Libera nos Deus noster.

¶. Deus in adjutorium , &c.

Hymnus.

HORÆ SEXTÀ JESUS EST CRUCI CON
CLAVATUS :
EST & CUM LATRONIBUS PENDENS
DEPUTATUS.

Præ tormentis sitiens felle saturarus:
Agnus crimen diluens, sic ludifica-
tus.

Antiphona.

Per lignum servi facti sumus, &
per S. Crucem liberati sumus: fru-
ctus arboris seduxit nos, Filius Dei
redemit nos.

¶. Adoramus te, &c. cum Orat:
ut supra.

A D N O N A M.

¶. Per signum Crucis de inimi-
cis nostris.

¶. Libera nos Deus noster.

¶. Deus in adjutorium, &c.

Hymnus.

Hora nona Dominus Jesus ex-
piravit:

Eli clamans, spiritum Patri
commendavit:

Latus eius lanceâ miles perforavit:
Terra tunc contremuit, & sol ob-
scuravit,

Antiphona.

O magnum pietatis opus: mors
mor-

morta tunc est, in ligno quando
morta vita fuit.

V. Adoramus te, &c; cu[m] Orat,
ut supra.

AD VESPERAS.

V. Per signum crucis de inimicis
nostris.

R. Libera nos Deus noster.

V. Deus in adjutorium, &c.

Hymnus.

DE Cruce deponitur hora, vel
pertina;
Fortitudo latuit in me divina,
Talem mortem subiit vitæ medici-
na.

Heu! corona gloriae jacuit supina.

Antiphona.

O Crux benedicta, quæ sola fu-
isti digna portare talentum mundi!
dulce lignum, dulces clavos, dul-
cia ferens pondera! super omnia i-
gna cedrorum tu sola excelsior, in
qua mundi salus pependit, in qua
Christus triumphavit, & mors mor-
tem superavit in æternum.

V. Ado-

V. Adoramus te, &c. cum orat.
ut supra.

AD COMPLETORIUM.

V. Per signum Crucis de ini-
ciscostris.

R. Libera nos Deus noster.

V. Converte nos Deus salutaris
noster.

R. Et averte iram tuam à nobis

V. Deus in adjutorium, &c.

Hymnus.

Hora Completorii datur sepul-
turæ
Corpus Christi nobile, spes vi-
tæ futuræ.

Conditur aromate : Complentur
Scripturæ :

Jugi sit memoriæ mors hæc mihi
curæ.

Antiphona.

Salvator mundi salva nos, qui per
Crucem & Sanguinem tuum rede-
misti nos : auxiliare nobis, te depre-
camur Deus noster.

V. A-

¶. Adoramus te, &c. cum Orat,
ut supra.

Commendatio.

Has Horas Canonicas cum de-
votione Tibi Christe recolo
pià ratione,
Ut qui pro me passus es amoris ardo-
re,
Sis mihi solatium mortis in agone,
Amen.



LITANIAE,
VITÆ ET PASSIO-
NIS
JESU CHRISTI.

Humiliavit semetipsum Domi-
nus Jesus Christus, factus o-
bediens usque ad mortem,
mortem autem Crucis : propter
quod & Deus exaltavit illum & do-
navit illi nomen , quod est super o-
mne

mne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum : & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

KYrie eleison,
Christe eleison,

Kyrie eleison,
Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, misere nobis.

Iesu sapientia æterna.

Iesu de Virgine Maria nate.

Iesu à tua genitrice adorate,

Iesu panis involute,

Iesu in præsepio reclinate,

Miserere nobis

Iesu

G

Jesu ubere Virgineo lactate,
Iesu à pastoribus in præsepio co-
gnite,
Jesu per circumcisionem sub
lege facte
Jesu à Magis adorate,
Jesu in templo præsentate,
Jesu in Ægyptum delate,
Jesu ab Herode ad necem quæ-
site,
Jesu in Nazareth nutrita,
Jesu in templo inventa,
Jesu parentibus subdite,
Jesu à Joanne baptizata,
Jesu in deserto tentata,
Jesu cum hominibus conversa-
te,
Jesu gratis odio habite,
Jesu contumeliis vexate,
Jesu in monte coram Patribus
transfigurate,
Iesu Rex mitis Ierusalem in-
gressa,
Iesu præ compassione lachry-
mate,

Miserere nobis.

Iesu

Iesu triginta argenteis vendite,
 Iesu ad discipulorum pedes inclinate,
 Iesu in oratione prostrate,
 Iesu ab Angelo confortate,
 Iesu in agonia sanguineo sudore perfuse,
 Iesu osculo à Iuda tradite,
 Iesu à ministris ligate,
 Iesu à discipulis derelicte,
 Iesu Annæ & Caiphæ præsentante;
 Iesu alapa à ministro percusse,
 Iesu à falsis testibus accusate,
 Iesu reus mortis judicate,
 Iesu in faciem conspute,
 Iesu oculis velate,
 Iesu colaphis cæse,
 Iesu à Petro ter negate,
 Iesu vincitus Pilato tradite,
 Iesu ab Herode sprete & illuse,
 Iesu veste alba induite,
 Iesu Barabbæ postpositæ,
 Iesu flagellis cæse,
 Iesu propter scelerata nostra attrite,
 G 2

Miserere nobis.

Iesu

Iesu quasi leprosus reputate,
Iesu veste purpurea indute,
Iesu spinis coronate,
Iesu arundine percusse,
Iesu à Iudæis ad Crucem postu-
late,
Iesu morte turpissima conde-
mname,
Iesu voluntati Iudæorum tradi-
te,
Iesu Crucis pondere gravate,
Iesu tanquam ovis ad occisio-
nem ducte,
Iesu vestibus exute,
Iesu clavis in cruce confixe,
Iesu propter iniquitates nostras
vulnerate,
Iesu pro inimicis Patrem depre-
cate,
Iesu cum iniquis reputate,
Iesu in Cruce blasphemate & il-
luse,
Iesu à latrone convitiis lacerri-
te,

Millerene nobis.

Iesu latroni pœnitenti paradi-
sum pollicite,

Iesu qui Ioannem matrem tuæ in
filium commendasti.

Iesu te à Patre derelictum atte-
state,

Iesu felle & aceto in siti potate,

Iesu consummata omnia de te
scripta testate,

Iesu spiritum in manus Patris
commendans,

Iesu usque ad mortem Crucis o-
bediens facte,

Iesu lancea transfixe,

Iesu propitiatio nobis facta,

Iesu de Cruce deposite,

Iesu gloriouse à mortuis resur-
gens,

Jesum in cælum elevate,

Iesu noster apud Patrem Advo-
cate,

Iesu spiritum paraclitum disci-
pulis elargite,

Iesu matrem super cheros Ange-
lorum exaltans,

Misere nobis.

Iesu vivos & mortuos judicature,
Miserere nobis.

Propitius esto, parce nobis Domine,
Propitius esto, Exaudi nos Domine,
Ab omni malo, Libera nos Domi-
ne,

Ab omni peccato, Libera nos Do-
mine.

Ab ira, & odio, & omni mala
voluntate,

A peste, fame, & bello,

A cunctis mentis & corporis pe-
riculis.

A morte perpetua,

Per mundissimam Conceptio-
nem tuam,

Per miraculosam Nativitatem
tuam,

Per humilem Circumcisionem
tuam.

Per Baptismum, & sanctum je-
junium tuum,

Per labores, & vigilias tuas,

Per dolorosam flagellationem, &
coronationem tuam,

Per

Per sitim, lachrymas & nuditatem
tuam, Libera nos Domine,

Per pretiosam mortem & crucem tu-
am, Libera nos Domine.

Per gloriosam Resurrectionem & A-
scensionem tuam, Libera nos Do-
mine.

Per missionem Spiritus sancti Para-
cliti, Libera nos Domine,

In die judicii, Libera nos Domine.

Peccatores,

Ut nobis parcas,

Ut nobis indulgeas,

Ut ad veram Pænitentiam nos
perducere digneris,

Ut gratiam sancti Spiritus cor-
dibus nostris clementer in-
fundere digneris.

Ut Ecclesiam tuam sanctam de-
fendere & propagare digne-
ris.

Ut Societas in tuo sancto no-
mine congregatas, conserva-
re & amplificare digneris.

Te rogamus, audi nos.

Ut nobis veram pacem, humilitatem, & charitatem largiri digneris. Te rogamus audi nos.

Ut in gratia & sancto servitio tuo perseverantiam nobis dare digneris. Te rogamus audi nos.

Ut nos ab immundis cogitationibus & Daemonum temptationibus, & damnatione perpetua liberari digneris. Te rogamus audi nos.

Ut nos collegio sanctorum tuorum sociare digneris. Te rogamus audi nos.

Ut nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie

Kyrie eleison.

Pater noster , &c.

V. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

V. Reminiscere miserationum tuarum Domine.

R. Et misericordiarum tuarum quæ à sæculo sunt

V. Vide humilitatem meam & laborem meum.

R. Et dimitte universa delicta mea.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat,
Oremus.

Deus, cuius misericordia non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus, piissimæ Majestatituae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non

deserens , ad præmia futura dispo-
nas : Per Dominum nostrum Je-
sum Christum Filium tuum , qui te-
cum vivit & regnat in unitate Spi-
ritus sancti Deus , per omnia sæ-
cula sæculorum , A-
men.





ORATIONES VARIAE.

De

PASSIONE DOMINI.
N I.*Oratio de singulis, articulis Passionis.*

Deus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidisti, à Iudæis reprobari, à Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, à falsis testibus accusari, flagellis & opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones deputari, felle & aceto potari,

ti, & lanceâ vulnerari. Tu Domine per has sanctissimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per sanctam Crucem & mortem tuam, libera me à pœnis inferni, & perducere digneris, quo perduxisti latronem tecum crucifixum. Qui cum Patre & Spírito S. vivis & regnas in fascula sæculorum. Amen.

PIÆ SALUTATI^O NES

Ad septem effusiones Sanguinis Christi, contra septem vitia capitalia.

1. In Circumcisione contra luxuriam.

A Ve Iesu, qui cruorem Tener fundis, & laborem Subis ab infantia.
Ut servemur à peccatis,
Cor, os, sensus, puritatis
Fac ornari gratia,

2. In Agonia. Contra Superbiam.

A Ve Iesu: quo SUDORE
MADES ORANS! quod
pavore

Nostra luis vitia!

Fac non altum sapiamus,

Sed & calum timeamus

Iunctum cum SUPERBIA:

3. In Flagellatione, contra Irām.

A Ve Iesu LANIATUS

Diris FLAGRIS, nil turbatus

Stas profusus SANGUINE

O fac nobis Crux dulcescat,

Vincens IRAM mens mitescat,

Sævo vacans Crimine.

4. In Coronatione, contra Gulaem.

A Ve Iesu: Coronatus,

Heu quam larga purputatus
Stas cruoris copia!

Trahat sursum Spiritualis

Nos Voluptas, non Carnalis


Ventrī ad obsequia,

5. In vestium detractione Contra Avaritiam.

A Ve Iesu, dum Nudaris,
Refricatis Cruentaris
Graviter vulneribus.
Christe tibi, fac, jungamur,
Nudi Nudum te sequamur,
Liberis affectibus.

6. In Crucifixione, contra Ace-
diam.

A Ve Iesu, qui Transfols
Cruce membris, penis sol-
sis
Sacrum fundis sanguinem.
Ardor tui, fac, amoris
Urat nos, & vi fervoris
Arceat Torpedinem.



7. In Lateris apertione . Contra
Invidiam.

A Ve Iesu , qui sacratum
Cor da nobis dilatum
Fontem pandens gratiæ.
Aqua lavet , Sanguis ornet ,
Et nos duplex amor formet
Nescios invidiæ.
Amen.




Mi.

(160)

*Miseremini mei, miseremini
mei, saltem Vos amici mei.* Job

19. 20.



*Vsquequo, Domine, avertis in
finem exardescet sicut ignis ira
tua?* Ps. 88. 47.

EX:



EXERCITIUM VII.

SE V,

OFFICIUM PAR.
VVM.

PRO DEFUNCTIS.

AD MATUTINUM.

Domine Iesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis Inferni, & de profundo lacu : libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum ; sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam, quam olim Abrahæ promisisti, & semini eius.

Fide-

Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

O Vos fideles animæ
In Christo defunctorum;
Sed meritò prohibitæ
Ab aditu cælorum:
Quàm velim vobis dexteram,
Opemque præsentare;
Ut hinc ad cæli gloriam
Possitis evolare !

Antiphona.

Illuminare his, qui in tenebris,&
umbra mortis sedent, ad dirigendos
pedes eorum in viam pacis.

℣. Si iniquitates observaveris
Domine,
℟. Domine quis sustinebit?

Oremus.

Fidelium Deus, omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum,

tuarum , remissionem cunctorum
tribue peccatorum : ut indulgen-
tiā : quam semper optaverunt ,
piis supplicationibus consequantur.
**Qui vivis & regnas in sæcula sæcu-
lorum , Amen.**

Requiem æternam dona eis. Do-
mine. Et lux perpetua luceat eis.

¶. Requiescant in pace.

R. Amen.

A D P R I M A M

Fidelium animæ per misericordi-
am Dei requiescant in pace.

O Magne Pater , nomine
Misericordiarum ,
Facturas tuas respice ,
Sed immemor irarum :
Pænas sunt quidem meritæ ;

Tetamen non negârunt :
Hinc locus sit clementiæ :
Ignosce , quod peccârunt.

Antiphona.

Illuminare his , &c . cum Orat . ut sup
fol. 162.

A D

AD TERTIAM.

Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

O Iesu clementissime,
O optime Salvator,
Tuo redemptis Sanguine
Sis mitis liberator:
Indulge te amantibus
Tuam benignitatem:
Pænamque deprecantibus
Ostende bonitatem.

Antiphona.

Illuminare his,&c.cum Orat, ut su-

AD SEXTAM.

O Consolator optime,
O dulcis Paraclete,
Hos tu desertos respice,
Et indigos quiete:
In æstu hoc temperiem
Veræque pacis bona;
Et post laborem requiem,
Eternam i's dona

Antiphona.

Illuminare his,&c.cum Orat.ut sup.

AD NONAM.

Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

O Dulcis Mater gratiæ,
Solatrix afflictorum,
Vim cohibe justitiæ,
Rigorem tormentorum:
Flammam voracem tempera,
Et mitiga dolores:
Incendum refrigera,
Et fini hos angores.

Antiphona.

Illuminare his,&c cum Orat.ut sup

AD VESPERAS.

Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

Vos

Vos Tutelares Genii,
 Quorum sunt hi clientes,
 Quantum vestri subsidii
 Sunt ipsi indigentes !
 Piorum desideria
 Est vestrum excitare :
 Optata refrigeria
 Clientibus curare.

Antiphona.

Illuminare his, &c, cum Orat. ut sup

AD COMPLETORIVM

Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

Vos omnes quoque Cælites,
 In regno triumphante,
 Solamini hos milites ,
 In flamma hac purgante :
 Vestri in terris socii
 Cùm fuerint laborum ,
 Nunc & beati otii
 Sors vocat , & bonorum,

Antiphona.

Illuminare his, &c. cum Orat. ut sep-

OBLATIO.

O Fons misericordiæ,
Summæque bonitatis,
Profint piorum lachrymæ
Hoc igne cruciatis.

Locum tuæ justitiæ
Agnoscimus Internum:

Laudes tuæ clementiæ
Hi cantent in æternum.

Requiem æternam dona eis Do-
mine, &c.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

ADhortatio,

Q uot usquam estis Numinis & Su-
peris devoti,
Audite quid rogemini, ut sitis
Dei toti:

Hic

Hic charitatis viscera fraternæ ex-
plicate :
Vice rependet misera hæc turba li-
berata.



LITANIAE, Pro FIDELIBVS DEFVN- CTIS.

KYrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus , Miserere no-
bis.
Fili Redemptor mundi Deus , Mis-
tere nobis.
Spiritus sancte Deus , Miserere no-
bis,
Sancta Trinitas unus Deus , Mi-
serere nobis. S.

- S. Maria. ora pro fidelibus defunctis.
S. Dei Genitrix ora pro fidel. defunctis.
S. Virgo Virginum ora pro fidel. defunctis
S. Michael, ora pro fidel. defunctis.
Omnes SS. Angeli & Archangeli, orate pro fidel. defunctis.
Omnes SS. Beatorum Spirituū ordines, orate pro fidel. defunctis.
S. Joannes Baptista, ora pro fidel. defunctis.
Omnes SS. Patriarchæ & Prophetæ, ora pro fidel. defunctis.
S. Petre, ora pro fidelibus defunctis.
S. Paule, ora pro fidelibus defunctis.
S. Joannes, ora pro fidelibus defunctis.
Omnes SS. Apostoli & Evangelistæ, Orate pro fidel. defunctis.
S. Stephane, ora pro fidel. defunctis.
S. Laurenti, ora pro fidel. defunctis.

Omnes SS. Martyres, orate pro fidelibus defunctis.

S. Gregori, ora pro fidelibus defunctis.

S. Ambrosi, ora pro fidelibus defunctis.

S. Augustine, ora pro fidelibus defunctis.

S. Hieronyme, ora pro fidelibus defunctis.

Omnes SS. Pontifices & Confessores, orate pro fidelibus defunctis.

Omnes SS. Doctores, orate pro fidelibus defunctis.

Omnes SS. Sacerdotes & Levitæ, orate pro fidelibus defunctis.

Omnes SS. Monachi & Eremitæ, orate pro fidelibus defunctis.

S. Maria Magdalena, ora pro fidelibus defunctis.

S. Catharina, ora pro fidelibus defunctis.

S. Barbara, Ora pro fidelibus defunctis.

Omnes SS. Virgines & Vidiæ, orate pro fidelibus defunctis.

Omnes SS. & Sanctæ Dei, Intercede
dite pro eis.

Propitius esto, Parce eis Domine.

Propitius esto, Exaudi nos Domi-
ne.

Ab omni malo,

Ab ira tua,

A rigore justitiæ tuæ,

A potestate diaboli,

A rodente verme conscientiæ,

A diurna tristitia,

A crudelibus flammis,

Ab intolerabili frigore,

A horrendis tenebris,

A terribili planctu & ejulatu,

Per admirabilem Conceptio-
nem tuam.

Per sanctam Nativitatem tu-
am.

Per dulcissimum Nomen tuum,

Per Baptismū & S. Iejuniuū tuum

Per profundissimam humilita-
tem tuam.

Per promptam obedientiam
tuam,

Per infinitum amorem tuum,
 Per angores & molestias tuas,
 Per sanguineum sudorem tuum
 Per captivitatem tuam,
 Per flagellationem tuam,
 Per coronationem tuam,
 Per bajulationem Crucis tuae.
 Per amaram mortem tuam,
 Per sanctissima vulnera tua,
 Per Crucem & acerbissimam
 Passionem tuam.
 Per sanctam Resurrectionem
 tuam.
 Per admirabilem Ascensionem
 tuam.
 Per Adventum Spiritus Sancti Para-
 cleti,
 In die judicii,
 Peccatores.
Qui Mariam absolvisti, & latro-
 nem exaudisti.
Qui salvandos salvas gratis,
Qui claves habes mortis & in-
 ferti,
 Ut parentes, propinquos, & be-

Liberate eos Domine.

Ter regamus audi nos
ne

nefactores nostros à pænis
inferni eripere digneris.

Ut omnes fideles defunctos ab
æterna damnatione liberare
digneris.

Ut illorum, quorum specialis
in terra memoria non habe-
tur, misereri digneris.

Uteis omnibus paroere, & in-
dulgere digneris.

Ut desideria ipsorum adimple-
re digneris.

Ut in electorum consortium e-
os recipere digneris,

Rex tremendæ Majestatis,
Fili Dei,

Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
di, Dona eis requiem.

Agnus Dei, &c. Dona eis requiem.

Agnus Dei, &c. Dona eis requiem
sempiternam.

Christe audi nos.

Christe, exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Te rogamus audi nos.

Kyrie

Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Domine exaudi Orat. &c.

℣. Et clamor, &c.

Oremus.

A nimabus, quæsumus Domine, famulorum familiarumque tuarum misericordiam concede perpetuam: ut eis proficiat in æternum, quod in te speraverunt & crediderunt. Per Dominum nostrum, &c.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.



(175)

Ad te orabo Domine : manè ex-
audies vocem meam. Psal. 5. 3.



Ego ad Deum clamavi : & Domi-
nus salvabit me vessiere & manè
& meridie narrabo & annuntia-
bo, & exaudiet vocem meam.

Psal. 34.



EXERCITIUM VII.

SE V,

INITIVM
PRECUM MATU
TINARVM.

*Ut primùm evigilas, muni te s
igno S. Crucis.*

In Nomine Patris, & Filii, & Sp
iritus S. Amen.

Deus, Deus meus, ad te de lu
ce vigilo : Sitivit te anim
mea, &c.

Benedicta sit S. & individua Tu
nitas, nunc, & semper, & per in
finita sæcula sæculorum. Amen.

Glo

Gloria Patri, qui creavit nos.

Gloria Filio, qui redemit nos.

Gloria Spiritui S. qui sanctificavit nos.

Inter surgendum dic.

IN Nomine Domini nostri Jesu Christi surgo, ipse me benedict, regat, custodiat, & ad vitam perducat æternam, Amen.

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissū pietate superna hodie illūina, custodi, rege, & gubernā Amē.

Inter inditendum vel recita Ps. Misere te de profundis. &c. vel mysterium aliquid vitae aut potius Passionem Domini considera. Deinde puncta sequentia observa.

1. *Sis gratus.*

2. *Cor offer.*

3. *Opus dispone futurum.*

4. *Vita peccatum.*

5. *Subsidiumque pete.*

PRE-

P R E C E S M A T U
T I N Æ.

Postquam vestitus es.

I. *Sis gratus SS. Trinitati.*

Adoro, laudo, & glorifico te, o
SS. Trinitas, & gratias ago,
quod te protegente noctem
hanc incoluis transegerim
quam multi peccatores eadem hac
nocte mortui & merito suo æter-
num sunt damnati! Quid tibi, o
summum bonum meum, repen-
dam, quod metam singulari amo-
re dignatus es? Tu, quæso, o piissi-
ma Mater, castissimaque Virgo
Maria, tisque, o Angele custos, &
vos Patroni mei, laudate & glorifi-
cate Dominum mecum, nunc, &
semper. Amen.

2. Cor

2. *Cor offer cœlesti Patri.*

O Pater æterne , tibi cor meum ;
& omnes animæ vires , corpo-
risque sensus , & quidquid in
me est , lubens volens offero : susci-
pe me creaturam tuam , omniaque
mea in unione dilectissimi Filii tui
Domini nostri Iesu Christi. O Pa-
ter , quando veniam & apparebo
in conspectu tuo !

3. *Opus dispone futurum Juxta
doctrinam & exemplum Chri-
sti.*

O Dulcissime Iesu , quies via
veritas & vita : en firmiter
statuo viam mandatorum tu-
orum currere , ac hoc præsertim pie-
tatis munus hodie obire. Univer-
sa & singula Nominis tui gloriæ ad-
scribo . O Iesu , spes & vita mea , u-
tinam te hodie & omni tempore ,
quoties Spiritum traho , amare , ve-
nerari , glorificare , omnesque crea-
turas

180 *Exercitium VIII.*

turas ad tui laudes adducere possem!
Suscipe, ô Jesu, hanc voluntatem
meam, tuisque infinitis meritis de-
fectus meos supple.

4. *Vita peccatum, Spiritus S.
ope.*

Veni S. Spiritus, solacium atque
robur animæ meæ, ut cunctis
tentationibus fortiter resistam.
Ergone peccatum hoc : sciens ac
volens repetam? heu! nimis cre-
bro in illud incidi : constantem ab
hoc die emendationem ipero. Gra-
tiæ tuæ ope mihi affilte, ô S. Spiritus,
ita super aspidem & basiliscum am-
bulabo, & conculcabo Leonem &
Draconem, Ps. 90. 13.

5. *Subsidiumque pete ab omnibus
SS. Dei.*

Aderte mihi pariter, ô Eleæ
Dei omnes! bonis favete
propositis, O. S. Dei Genitrix
Virgo Maria, una cum Sponso tuo,
S. Jo:

S. Josepho, & tu S. Angele, fidelis
mei Custos; vósque pariter Patroni
mei singulares, SS. NN. Et vos,
quorum hodie memoria agitur, au-
xiliatricem mihi manum porrigite,
incautum monete, errantem in vi-
am reducите, ut cuncta, quæ apud
me statui, reipsâ hodie exequar. Tu
cunctis aspira, Deus meus, & o-
mnia.

Pater noster, &c. Ave, &c. Credo, &c.

Dignare, Domine, die isto sine
peccato nos custodire, Misere-
rere nostri Domine, miserere
nostris, Fiat misericordia tua Domi-
ne super nos, quemadmodum spe-
ravimus in te. In te, Domine, spe-
tavi, non confundar in æternum.

Commendatio ad Iesum.

O Amabilissime Iesu, ego me ho-
die, & semper in manus tu-
as commendō; quemadmo-
dum tu moriens in cruce te in ma-
nus

nus Patris : & beatissima Mater tua
se tibi commendavit. Fac , ut se-
cundum voluntatem tuam vivam ,
& in te moriar , utque idem omni-
bus tam inimicis , quam amicis me-
is concedas oro : maximè his : per-
merita passionis & mortis tuæ , per-
que dulcissimæ Matris tuæ & San-
ctorum omnium intercessionem.
Amen.

Benedictio.

Benedic me , pie Iesu , cum Pa-
tre & Spiritu sancto , & perduc
ad vitam æternam. A-
men.



PIA

PIA SUSPIRIA
SEU
PRECES IACVLATO-

RIÆ,

Ex Sacra Scriptura depromptæ,
quarum usus in templo & domi quo-
vis tempore esse poterit.

*Ad impetrandam remissionem
peccatorum.*

PEcce, quid faciam tibi, ò cu-
stos hominum? quare posuisti
me contrarium tibi, & factus
sum mihi met ipsi gravis? *Iob. 7.*
20.

Dimittam adversum me eloqui-
um meum? loquar in amaritudine
animæ meæ, dicam Deo: noli me
condemnare. *Iob. 10. 1.*

Vide humilitatem meam, & la-
borem

borem meum : & dimitte universa
delicta mea. Ps. 24. 18.

Delicta juventutis meæ & igno-
rantias meas ne memineris, Domi-
ne. Ps. 24. 7.

Respice in me , & miserere mei.
lib. v. 16.

Miserere mei Domine : sana me,
quia peccavi tibi. Ps. 40. 5.

Miserere mei , Deus , secundum
magnam misericordiam tuam. Ps.
50. 1.

Ne proiicias me à facie tua, & Spi-
ritum S. tuum ne auferas à me Job.
v. 13.

Deus tu scis insipientiam meam,
& delicta mea à te non sunt abscon-
dita. Ps. 68. v. 6.

Veniant mihi miserationes tuæ ,
& vivam. Ps. 118. v. 77.

Erravi sicut ovis , quæ periit
quære servum tuum. Ibid. v. 176.

Ne intres in judicium cum servo
tuo : quia non iustificabitur in con-
spe-

specu tuo omnis vivens. Psal. 142.

2.


Domine, Pater noster es tu, nos
verò lutum: ne irascaris Domine
satis: & ne ultra memineris iniuri-
tatis nostræ. Is. 64. 8.

Quis dabit capiti meo aquam, &
oculis meis fontem lacrymarum, ut
fleam die & nocte. Ier. 6:1.

Quare in perpetuum oblivisce-
ris nostri? derelinques nos in longi-
tudine dierum? Converte nos Do-
mine ad te, & convertemur. Thb.
5. 20.

Surgam, & ibo ad Patrem meum,
& dicam ei: Pater, peccavi in cæ-
lum, & coram te; jam non sum di-
gnus vocari filius tuus. Luc. 15.
18.

Iesu fili David, miserere mei.
Luc. 18. 38.



2. Ad impetrandam Humilitatem.

VIlior fiam plus quam factus sum: & ero humilis in oculis meis. 2. Reg. 6. 22.

Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo sc. Deo. Job. 9.

Memoria mea comparabitur cineri & redigentur in lutum cervices meæ. Job. 13. 12.

Quasi putredo consumendus sum & quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Job. v. 28.

Putredini dixi, Pater meus es; Soror mea vermibus. Job. 17. 44.

Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum & abjectio plebis. Ps. 217.

Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Ps. 8. 5.

Bonum mihi, quia humiliasti me. Ps. 18. 72.

Humiliavit semetipsum Dominus noster Jesus Christus, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. *Phil. 2. 8.* Et ego superbiā?

3. Ad vitā hujus cognitionem.

Peregrini sumus, Domine, coram te, & advenæ, sicut omnes Patres nostri: Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est moria. *I. Par. 29. 15.*

Parce mihi, Domine: nihil enim sunt dies mei *Iob. 7. 16.*

Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. *Iob. 10. 9.*

Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte me, gitur, ut plangam paululum dolorem meum. *Iob. 10. 20.*

Paucitatem dierum meorum nuntia mihi. Ne revoces me in dimidio dierum meorum. *Ps. 101.*

Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace re-

ce recipi spiritum meum : expedite
enim mihi mori magis , quam vive-
ra. *Tob. 3. 6.*

Moriatur anima mea morte ju-
storum , & fiant novissima mea ho-
rum similia. *Num. 23. 10.*

4. *In Angustiis & animi mæ-
rore.*

Sana me Domine , quoniam con-
turbata sunt ossa mea : & ani-
ma mea turbata est valde. *Psal.
6.*

Aruit , tanquam testa , virtus mea
& lingua mea adhæsit faucibus me-
is : & in pulvorem mortis deduxisti
me. *Psal. 21. 6.*

Defecit in dolore vita mea , & an-
ni mei in gemitibus. *Pf. 30. 11.*

Vide humilitatem meam , & labo-
rem meum , & dimitte universa de-
licta mea. *Pf 24. 18.*

Domine ante te omne desideri-
um meum , & gemitus meus à te non
est absconditus. *Pf. 37.*

Quare tristis es anima mea, & conturbas me? Ipera in Deo. Ps. 41. 6.

Cor contritum & humiliatum
Deus, non despicies Psal. 50. 19.

Lætifica animam servitui: quoniam ad te, Domine, animam meam levavi. Ps. 85. 4.

Velociter exaudi me, Domine,
defecit Spiritus meus. Non avertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. Ps. 142. 7.

Laboravi in gemitu meo, & requiem non inveni. Ier. 45. 3.

Domine, multi gemitus mei, & cor meum mærens. Thr. 1. 22.

Tristis est anima mea usque ad mortem. Mat. 26.

Redde mihi lætitiam salutaris tui
Ps. 50. 14.

5. Ad excendam Resignationem.

Dominus est, quod honum est
in oculis suis, faciat Reg. 3.
18.

Si dixerit mihi: Non piaces
præsto sum; faciat quod bonum est
coram se: Reg. 15. 26.

Paratum cor meum, Deus, para-
tum cor meum Psal. 56. 8.

Sicut fuerit voluntas in cælo, sic
fiat. I. Mat. 3.

Non mea, sed tua voluntas fiat
Matth. 26.

Domine, quid meis facere? 7.
7. 6.

*6. Ad patientiam impetrان-
dam.*

Dominus dedit, Dominus ab-
stulit sicut Domino placuit,
ita factum est: sit Nomen
Domini benedictum, lob. 1. 21.

Sibona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus? Job. 2. 30.

Quis ego sum, ut contradicam Domino meo. Judith. 12. 13.

Dominus præcepit, & quis audet rogare, quare fecerit: Reg. 16.

Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Ps. 37.

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Ps. 115.

4.

7. *Adversus tentationes.*

Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum, Gen. 39. 10.

Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem. I. Reg. 24. 7.

Confirma me Domine Deus in hac hora Iud. 13.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum. Ps. 6.

In

192. Exercitium VIII.

In te eripiar à tentatione. Ps. 17.
30.

Salvum me fac Deus : quoniam
intraverunt aquæ usque ad animam
meam. Psal. 68. 1.

Eripe me de luto , ut non infigar.
Ib. v. 15.

Ne tradas bestiis animas confiten-
tes tibi & animas pauperum tuorum
ne obliviscaris in finem. Ps. 73. 19.

Nisi quia tu , Domine adiuvisti
me , paulò minus habitasset in Infer-
no anima mea. Ps. 93. 17.

Averte oculos meos , ne videant
vanitatem Pl. 118. 37.

Omne desiderium averte à me ,
aufer à me ventris concupiscentias ,
& concubitus concupiscentiæ nè
apprehendant me , & animæ irre-
verenti & infrunitæ ne tradas me.
Eccli. 23.

Melius est mihi absque opere in-
cidere in manus hominum ; quam
peccare in conspectu Domini , Dan.
13. 23,

Et

Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Matth. 6.

8. *Ad fiduciam exercendam.*

ETiamsi occiderit me, in ipso sperabo. Job. 13. 15.

Dōmine pone me juxta te,
& cujusvis manus pugnet contra
me. Job 17.3.

Deus meus, in te confido, non e-
rubescam. Ps. 24.

Et si ambulavero in medio um-
bræ mortis, non timebo mala: quo-
diam tu mecum es. Ps. 22.

In te, Domine, speravi, non
confundar in æternum. Ps. 30.1.

Mihi autem adhærere Deo bo-
num est; ponere in Domino Deo
ipem meam Ps. 72.28.

Dominus mihi adjutor: non ti-
mebo, quid faciat mihi homo. Ps.
17. 6.

Domine, fortitudo mea & robur
meum. I

meum, & refugium meum in die
tribulationis. Ier. 16.

9. Exercitium timoris Dei.

Dimitte me, ut plangam pa-
lulum dolorem meum : an-
tequam vadam, & non re-
vertar ad terram tenebrosam, & o-
pertam mortis caligine terram mi-
seriae & tenebrarum, ubi umbr.
mortis, & nullus ordo : sed semp-
ternus horror inhabitat. Job. 10. 20.

Quis mihi hoc tribuat, ut in in-
ferno protegas me, & absconde-
me, donec pertranseat furor tuus
& constituas mihi tempus, in qu-
recorderis mei. Job. 14. 13.

Quid faciam cum surrexerit a-
judicandum Deus ? & cum quæsi-
rit, quid respondebo illi? Job. 31. 1.

Semper quasi tumentes super m-
fluctus timui Deum : & pondus
ius ferre non potui Ib. 2.

Dolores inferni circumdederunt
m

me, præoccupaverunt me laquei mortis. Ps. 17. 6.

Confige timore tuo carnes meas: à judiciis enim tuis timui. Ps. 118, 120.


10. *Ad cautelam in loquendo.*

Dixi: custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Ponam ori meo custodiam. Ps. 38.

Pone, Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. Ps. 140. 3.

Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me? Eccl. 22, 33.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Iacob. 32.



i i. Ad cognoscendam Dei voluntatem in rebus dubiis : maximè intelligendo vitæ statu.

LOquere Domine : quia audi servus tuus. I. Reg. 3.

Vias tuas Domine de monstra mihi , & semitas tuas edoce me.
Pf. 24. 4.

Perfice gressus meos in semitis tuis , ut non moveantur vestigia mea.

Pf. 16. 5.

Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Pf. 42.

Paratum cor meum Deus , paratum cor meum. Pf. 56.

Deus misereatur nostri , & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos , & misereatur nostri. Pf. 66. 1.

Deduc me, Domine , in via tua, & ingrediar in veritate tua. Pf. 85. II

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum & non dominetur mei omnis injustitia. Pf. 18.

Notam fac mihi viam , in qua ambulem : quia ad te levavi animam meam, Ps. 143. v. 9.

Doce me facere voluntatem tuam , quia Deus meus es tu. Ib. v. 10.

Domine , quid me vis facere? Act 9. 6.

12. Postquam statuimus Deo seruire.

Dirupisti vincula mea : tibi sacrificabo hostiam laudis : Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi. Ps. 115. 6.

Convertere , anima mea , in requiem tuam : quia Dominus benefecit tibi. Pl. 114. 7.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei , magis , quam habitare in tabernaculis peccatorum Ps. 83. 11.

A modo voca me: Pater meus, tu es. Jer. 3. 4.

13. *Ad divinæ præsentia recordationem*

Dirige in conspectu tuo viam meam Ps. 5. 9.

Quò ibo à spiritu tuo
 & quò à facie tua fugiam? si ascen-
 dero in cælum, tu illic es: si descen-
 dero in infernum, ades: si sumple-
 ro penas meas diluculo, & habita-
 vero in extremis meis: etenim il-
 luc manus tua deducet me, & tene-
 bit me dextera tua. Ps. 138. 7.

Oculi tui, Domine, multò plus
 lucidiores sunt super solem, circum-
 spicientes omnes vias hominum, &
 profundum abyssi, & hominum cor-
 da intuentes in absconditas partes.
Ecli.. 23.

Oculi tui aperti sunt super om-
 nes vias filiorum Adam, ut reddas u-
 nicuique secundùm vias suas, &
 secundùm fructum adjunctionum
 ejus, *Ierem. 32. 19.*

14. Laus Dei, & gratiarum actio.

Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi Ps. 17.

I3.

Omnia ossa mea dicent: Domine, qui similis tibi, Ps. 34. v. 10.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam Ps. 70. v. 8.

Benedic, anima mea, Domino, & omnia quæ intra me sunt, Nomini sancto ejus: Benedic, anima mea, Domino: & noli oblivisci omnes retributiones ejus. Ps. 102. 1.

Non nobis, Domine, non nobis, sed Nomini tuo da gloriam Ps. 113. 1.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Ps. 145. 12.

Confitebor tibi, Domine quoniam exaudisti me & factus es mihi in salutem. Ps. 117. 21.

I4

I5A-

I 5. *Amor Dei & cœlestis gloriae.*

Si inveni gratiam in conspectu tuo, Domine, ostende mihi faciem tuam. Exodi. 33. 13.

Vnam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita meæ ut videam voluptatem Domini, & visitem templum ejus. Ps. 26. 4.

Tibi dixit cor meum: exquisivit te facies mea faciem tuam Domine requiram. ibi: v. 8.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus Sicut vivit anima mea ad Deum fortem vivum; quando veniam & apparebo, ante faciem Dei. Ps. 41.

Quis mihi dabit pennas sicut columbae, & volabo & requiescam! Ps. 547.

Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? defecit ca-

ro mea , & cor meum , Deus cordis
meis , & pars mea Deus in ater-
num. Ps. 72.

Quam dilecta tabernacula tua ,
Domine virtutum : concupiscit &
deficit anima mea in atria Domini.
Cor meum , & caro mea exultave-
runt in Deum vivum. Pl. 83. I.

Beati qui habitant in domo tua
Domine in sæcula sæculorum lauda-
bunt te. ibid . v. 5.

Melior est dies tua in atriis tuis su-
per millia. ibi : v. 11.

Heu mihi , quia incolatus meus
prolongatus est. Ps. 119. 5.

Si oblitus fuero tui , Ierusalem ,
oblivioni detur dextera mea , Adhæ-
reat lingua mea faucibus meis , si
non meminero tui si non posuero
Ierusalem in principio lætitiae meæ.
Ps. 136. 5.

Educ de custodia animam meam
ad confitendum Nomi ni tuo. Ps.
41. 8,

Indica mihi, quem diligit anima
mea, ubi pascas, ubi cubes in meri-
die? Cant. 17.

Anima mea desideravit te in
nocte ps. 26.9.

Infelix ego homo, quis me libe-
rabit de corpore mortis hujus. Rom.
7. 34.

Cupio dissolvi & esse cum Chri-
sto. Phil. 1. 23.





EXERCITIUM IX.
SEU
VESPERTINUM
DE
EXAMINE PARTICULA-
RÌ.

§. 1. In quo illud consistat?

Hoc solum inter Generale, & particolare Examen, est discrimen, quod illud circa omnes præteriti diei actus, hoc circa unum versetur, potestque ipsi examini: generali includi.

§. 2. Quid SS. Patres de hoc examine senserint.

Hortatur ad illud populum Antiochenum omnesq; Christianos S. Chrysost. hom 73. Quemque vestrum rogo ut defecatum, à quo se plus quam ab aliis noverit ve-
xari, anima præcidere studeat, &

pia quadam cogitatione , quasi spi-
rituali utens gladio , se ipsum à vitio
liberet. Corrigamus (inquit idem
hom. 82. in Ioan. fin.) Hoc mense
unum , alio aliud vitium , & ita sub
sequenter meliores , efficiamur Sic
enim tanquam quibusdam gradibus
ascendentes per scalam Iacob ad cæ-
lum perveniemus. Describit hoc E-
xamen clarissimus Io Cassianus colat. 5.
c. 14. Ita nobis adversus vitia ar-
ripienda sunt prælia , unusquisque ,
quo maximè intestatur explorans :
adversus illud arripiat principale
certamen : omnem curam mentis ,
ac solicitudinem erga illius impugna-
tionem observationemque , defi-
gens adversus illud quotidiana jeju-
niorum dirigen spicula : contra illud
cunctis momentis cordis suspiria ,
crebraque gemituum tela contor-
quens , &c. Cumque se ab una ani-
mi passione senserit absolutum , rut-
sum latebras sui cordis simili inten-
tione

tionē perlustret, & exploret, quām sibi inter re iquas perspexerit dirōrem, atque, versus eam specialiūs omnia spiritūs arma commoveat, & ita semper validioribus superatis celerem de residuis, habebit facilemque victoriam, &c.

In similiensi sensum cunctis S. Bern. serm. 5. 8. In illa verba cum. 26. Tempus putationis advenit. Quis, inquit, ita ad unguem omnia à se superflua refecavit, ut nī se habere putet putatione dignum? credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta, & sopita denuò excitantur. Parum est ergo semel prntasse, saepe putandum est. Nimirum per hoc Examen particolare.

Idem à quibusdam Ethnicis Philojo-phis ut suprà. seq; ad eorum imitationem per meotum fuisse, refert. Plu-tarch. lib. de cohib Iræ. Laudabam, inquit, consuetudines; Annum à te

re venerea, vinoque puros vivere rursus à mentiendo certum tempus abstinere, nos ipsos interim observantes ut vera loquamur tum in ludicris, tum in seriis rebus omnibus. Paucos Porrò dies non irascendo transigere, &c. Faciebam idem mensem unū aut, duos paulatim mei ipsius periculum faciens. Sic tempore proficiebam, &c. Vires nobis tantæ non sunt, ut cum omnibus simul vitiis congredi, eaque superare possumus singula proinde sunt oppugnanda. Et si omni anno unum vitium extirparemus (vel unam acquireremus virtutem) cito viri perfecti efficemur. *Kemp. lib. I. c. II.*

§ 3. Quomodo hoc Examen fiat?

I. Manè propone firmiter inter cetera hoc vitium (de quo Examen particulare insti-
tuisti) singulari curâ & diligentia vi-
tare

tare, vel hanc virtutem exercere, & penique divinam ad hoc pete.

2. Per diem s̄apientis propositum innova, & quoties peccas, dolorem elice percusso (clam aliis) pectore.

3. Vesperi defectuum, vel virtutum elitarum numerum per puncta in hujusmodi Tabella nota: Laborandum vero est ut numerus, vitiorum indies minuatur, & virtutum crescat:

T A B V L A.

Pro vitiis extirpandis. Pro virtutibus acquirendis.

Dominica-----		Dom---
Lunæ---	Vt scias.	Lunæ---
Martis-- repro-	{ eli-	Mart--
Mere--- bare	{ &	Merc--
Iovis--- ma-	{ bo-	Iovis--
Vener--- lum.	{ nū.	Vener-
Sabb---		Sabb--

Multum iuvabit ad victoriam pro commissis erratis aliquam sibi pñnam imponere.

PRECES VESEPRI
NÆ

*Quibus inseritur Examen consci-
entiae.*

I. *Solve Deogrates.*

O Clementissime Deus, Crea-
tor, Protector, ac Redemptor
meus! Te benedico, laudo,
& glorifico cum omnibus Angelis
& Electis Dei; gratiasque ago pro a-
nimi & corporis donis ac beneficiis
mihi hodie & alias liberalissime col-
latis, quid retribuam tibi Domine
pro omnibus, quæ retribuisti mihi?
me totum, & omnia, quæ dedisti
mihi, insuper & sanctorum, lau-
dis & amoris affectus, in unione passio-
nis ac meritorum Christi tibi pro
merita gratiarum actione offero
Suplicie, O Pater æterne, hanc ob-
lationem meam! utinam majori af-
fectu nunc, & in æternum cum om-
nibus creaturis te laudare & glorifi-
care

care possem! Paratum cor meum
Deus, paratum cor meum Ps. 56. 8.

2. Petet lumen.

Veni, S. Spiritus, & emitte cœ-
lit⁹ lucis tuæ radios illumi-
na mentis meæ tenebras, ut
peccata hodie commissa, negligen-
tiasque meas videam, agnoscam,
& detester.

3. Discute mentem

Quatas habeo iniquitates, & pec-
cata, scelera mea & delicta
ostende mihi.

Omnes diei horas percurre, & vide,
quid boni neglexeris, quid mali com-
miseras, cogitatione, verbo, opere.

4. Delicti veniam posce.

ENDomine Deus, quid retribui
tibi pro omnibus, quæ retribui-
sti mihi, nisi peccata, negligen-
tias & ingratitudines? Ah! quam
doleo,

doleo, quod te Deum, summum bonum meum, mihi super omnia, dilectum unquam offenderim! Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Erravi, sicut ovis, quæ perijt. Respice in me, & miserere mei, Ignosce, ô Deus, ignosce per gemitus, lachrymas, Passionem & mortem dilectissimi Filii tui Domini mei Iesu Christi.

Ecce, mi Iesu, in te posita est omnis spes mea. Te supplex oro, ut omnia scelera & delicia mea sacratissimo Sanguini tuo immergas, tuisque infinitis meritis compenses, quicquid meæ satisfactioni debet; tu enim es propitiatio pro peccatis nostris.

¶. *Recide malum.*

ITerum ne peccabo? tuaque ô Iesu, sanctissima vulnera, & pretiosum Sanguinem pro me effusum conculcabo? Pudet oculos in

cœlum levare , qui vitâ me indignum agnoscō. Quid ergo imposterū? tene rufus offendam? hæc-
cine peccata repetam? istas occa-
siones non fugiām? --- rem tam vi-
lem tibi præferam? --- Dixi , nunc
cœpi , tuam mihi , o Iesu , dexte-
tam porrige. Persequar inimicos ,
id est , peccata mea. Succurrite , ô
Cœlites , tuque imprimis ô miseri-
cordiæ Mater , & tu Angele mi Cu-
ltos , vosque nominatim , ô Patro-
ni mei---adeste , adjuvate , ut om-
nia imposterū peccata evitem ,
potissimum i stud... Confirma hoc
Deus , quod modo operatus es in
me. Ps. 67. 29.

Cave , ne unquam , licet occupatis-
simus , Examen hoc Vespertinum om-
nino negligas. Si otium non babeas ,
aut non lubeat orationes hic prescrip-
tas recitare : Age velunico suspirio ,
Deo tuo gratias. Pro acceptis isto die
totaque vita beneficijs. Pete similiter

lu

lumen, inspice conscientiam, &
vide, qua in re Deum isto forte die gra-
viter offenderis. Contritionem elice
cum proposito emendationis. Potes
hac ratione aeternæ damnationis peri-
culum evadere, ; adeoque etiam si-
ne Confessione (si contingere te subito
mori ista nocte) salvari. nemo ta-
men, hac spe fretus, liberè prasumat
peccare. Nolite errare, (monet nos
Apost. ad Gal. 6. Deus non irride-
tur..

ORATIO AD SS. TRI- NITATEM.

Profeli morte impetranda.

Pater aeternæ, per infinitam bo-
nitatein tuam , per vitam &
mortem dilectissimi Filii tui,
te rogo, concede mihi , ut in tua
gratia semper vivam , & moriar.
Amen.

Beni-

Benignissime Iesu , per amorem Patris tui , quo te ab æterno complexus es t, per ultima verba, quibus in Cruce Patri tuum Spiritum commendasti , te rogo , suscipe Spiritum meum in fine vitæ meæ.

O S. Spiritus , accende in me perfectam charitatem , & in illa spiritum meum confirma , dum ex hac vita emigrat.

Sanctissima Trinitas unus Deus, miserere mei , nunc & in hora mortis meæ. Amen.

Commendatio Deo , B. Virgini,
& SS.

In benedictas manus tuas , Domine Deus , & in sinum misericordiae tuæ , ô Virgo Maria , in vestram quoque protectionem , ô sancti Angeli , & Electi Dei . corpus & animam meam nunc & semper committo , Amen.

O Do-

Hymnus Ecclesiæ pro tempore
Vespertino.

TE lucis ante terminum
Rerum Creator poscimus,
Ut pro tua clementia
Sis præsul, & Custodia
Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmatæ,
Hostemque nostrum comprise
Ne polluantur corpora.
Præsta, Pater plissime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per Omne sæculum. A
men.

Antiphona.

Salva nos Domine vigilantes,
custodi nos dormientes, ut Vigile-
mus cum Christo, & requiescamus
in pace.

V. Custodi nos Domine, ut pu-
pillam oculi:

R. Sub umbra alarum tuarum
protege nos.

V. Do-

V. Domine exaudi orationem
meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Visita, quæsumus Domine, habi-
tationē istam, & omnes insidi-
as inimici ab ea longè repel-
le: Angeli tui sancti habitent in ea,
qui nos in pace custodiant, & bene-
dictio tua sit super nos semper, per
Dominum &c.

Petitio benedictionis.

Dignare Domine Iesu, cum Pa-
tre & Spiritu S. dare mi-
hi tuam benedictionem, u-
beremque gratiam, ut tibi in som-
no, & vigilia, in vita & morte, pu-
ro corde & casto corpore perfecte
semper placeam. Amen. Bene-
dicat & custodiat nos omnipotens,
& misericors Deus, Pater & Filius,
& Spiritus sanctus, Amen.

K

In-

*Inter exvendum dic Ps. Misere-
re. vel de prof.*

Dum lectum ingredeleris.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi crucifixi cubitum eo; ille me Benedicat, regat, custodiat, & ad vitam perducat æternam. Amen.

In lecto.

In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me Deus veritatis.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissū pietate supernā, illumina, custodi, rege, & gubernā. Amen.

*In pace in ipsum dormiam & re-
quiescam.*

*Deinde honestè compofitus, occupa-
to pia meditatione animo quasi in Vul-
nere Lateris Christi, aut Angeli Cu-
stodis complexu vel in tumba sepulchri a-
li somnum expecta, pieque indormi-
ce.*



EXERCITIUM X. SEU
MODUS.
PIE AUDIENDI MIS-
SAM.

Per breves Meditationes de Pa-
sione & morte Christi , piosq;
affectus..

O A T I O.

Quâ intentione sit audienda missa.

Dominus Omine Deus , ad cuius ima-
ginem creatus sum , da mi-
hi gratiam , ut imminentis
sacrificio , quâ Par est reverentia , &
devotione intersim , illudque una
cum Sacerdote divinæ Majestati
tuæ glorisè offeram . 1. Ad maja-
stem Nominis tui honorem & glori-
am , cui soli hoc sacrificium debe-
tur . 2 In memoriam Passionis
& mortis tuæ , quam ad hujus sa-
crafficii usum fieri præcepisti . 3. In
K 2

gra-

graciarum actionem pro omnibus
mihi collatis beneficijs. 4. In satis-
factionem omnium mearum cul-
parum ac pœnarum, quas Sanctissi-
mo Sanguini tuo in hoc Sacrificio
immergo. 5. Ad impetrandam
gratiam tuam, & opem in re ista...
6. Pro charissimis Parentibus ami-
cis, & benefactoribus meis maxi-
mè istis... Pro fidelibus defunctis,
potissimum istis... Placeat tibi Do-
mine hæc intentio mea, & exaudi
me.

ANTE SACRUM.

Dum Sacerdos exspectatur, mi-
mineris cœnæ ultimæ, in qua Christus
Sacrificium Missæ instituit, seq; nobis
omnibus in cibum dedit. Nonne pat-
est, ut hujus charitatis excessum agnos-
cas?

Affectus

Agnosco Domine Iesu, cùm di-
lexisses tuos in finem verè dilexisti
eos, Ioan. 13.

Modi pie audiendi Missa. 221

Ecce enim parasti in conspectu meo
mensam adversus eos , qui tribu-
lant me. Ps. 22.

Tibi etiam sacrificabo nunc ho-
stiam laudis , & nomen Domini in-
vocabo. Ps. 113.

A D D E S C E N S U M Sacerdotis ab altari , ut Missane inchoet.

Considera Christum à cœna (qua in
Monte Sion est habita) ascendentem
in hortum Gethsemani. Secuti sunt
autem illum & discipuli ejus. Lu-
ca. 22. 39. Et tu intentione à Deo
meo recedas?

Affectus.

Vivit Dominus , quoniam in
quocumque , loco fueris. Domi-
ne mi , ibi erit servus tuus. 2. Reg.
15.

Mihi adhærere Deo bonum est :
Ponere in Dño Deo spem meam. Ps.
72. 28.

Domine, tecum paratus sum,
& in carcerem, & in mortem ire
Luc. 22. 33.

AD CONFESSIONEM.

*Contemplare Christum in agonia
orantem, quando factus est sudor e-
jus, sicut guttæ sanguinis decurren-
tis in terram. Luc. 22. 44. San-
guinem hunc peccata tua expresserunt,
¶ de his non doleas?*

Affectus.

*Quis dabit capiti meo aquam,
& oculis meis fontem lacrymarum?
& plorabo die ac nocte. Ier. 9. 1.*

Pater peccavi in cœlum & co-
ram te, jam non sum dignus voca-
ri Filius tuus. *Luc. 15.*

Deus propitius esto peccatori.
Luc. 18.

AD OSCULUM

Altaris, & INTROITUM.

*Considera, quomodo Iudas osculo
Christum tradat. An non & tu similis
eis?*

Modi p̄cē audiendā Missam. 223

es traditor, dum exiguam voluptatū-
lam, posthabito Iesu, amplecteris.

Affectus.

Ne reputes mihi, Domine mi,
Iniquitatem ; neq; memineris in
juriarum servi tui. 2. Reg. 19.

Iniquitatem meam ego cognos-
co Ps. 10.

Domine miserere mei. Ps. 40.5.

AD KYRIE ELEISON

Considera ternam Petri negationem,
qui non resipuit, nisi postquam Domi-
nus illum respexit Matt. 26. Quoties &
tu Dominum tuum Iesum coram ho-
minibus erubescis & negas? quando
resipisces?

Affectus.

Peccavi Domine. 2. Reg. 12. 31.

Ne projicias me à facie tua. Ps. 50.

Respice in me, & miserere mei. Ps.

A D G L O R I A.
si dicatur.

Considera Iudeorum exultationem ad Christi opprobria & cruciatus. An non & tu inter illos es, qui exultant in rebus peccatis? prov. 2. 14.

Affectus.

Quid loquar, aut justè potero obtendere? Deus invenit iniquitatem servi sui. Gen. 44:

Converte nos Deus salutaris noster, & averte iram tuam a nobis.
Pf. 84.

Lætabor & exultabo in te Domine
ne Pf. 9.

A D C O L L E C T A M E-
P I S T O L A M , & G R A-
D U A L E .

Considera collectas populi accusatio-
nes illusiones, alapas, spuma, &c. que
Cбри-

Modi piè audiendi Missam 225

Christus in domo Annæ & Cayphæ subiit. Ioan 18. 22. Christus tanquam Agnus coram tondente se obmutuit; tu vero tam facile excandescas, & ius alios inveharis?

Affectus.

Ubi est fortitudo & patientia tua?
Iob. 4.

*Tu es patientia mea Domine. Ps.
70. 5.*

*Pone Domine, Custodiam ori
meo, & ostium circumstantiæ la-
biis meis, Non declines cor meum
in verba malitiæ. Ps. 140.*

*A D E V A N G E L I V M,
quod Sacerdos ad alteram
Altaris partem transiens,
legit.*

*Considera, quomodo Christus à Cay-
pha ad Pilatum raptatus, & de do-
ctrina sua Evangelica interrogatus,*
K 5 Gro

¶ reprehensus fuerit. Luc. 23. Quanti tu tam preciosam Iesu doctrinam facis? quam sollicitè illam excipis, aliisque tradis?

Affectus.

Gressus meus dirige, secundum eloquium tuum, & non domineatur mihi omnis injustitia. Ps. 118.

Lucerna pedibus meis verbum tuum. lb.

Decebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur. Ps. 50.

A D C R E D O, si dicatur.

Considera quomodo Christus à Pilato mittatur ad Herodem, & ab hoc (cum speratum signum non impetrasset) in ueste alba tanquam homo fatuus, cui credendum non sit, ad Pilatum remittatur. Luc. 23. Nonne & tu inter illos es, qui, ut credant, volunt à Christo signum videre? Matth. 12. 39.

Affe.

Affectus.

Beati, qui non viderunt, & crediderunt. *Io. 20.*

Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam. *Marc. 9. 23.*

In Fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. *Gal. 2. 20.*

AD OBLATIONEM.

Considera Christi resignationem, & oblationem sui ad omnia pro gloria Patris sui & redemptioē generis humani tollaranda. *Pſ. 39.* Quam tu paratus es ad tolerantiam rerum adversarum?

Affectus.

Etego in FLA GELLA paratus sum *Pſ. 37.*

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. *Pſ. 115. 4.*

Confirmahoc, Deus, quod operatus es in me. *Pſ. 67. 29.*

**AD LOTIONEM MAM
NUVM.**

Considera Pilatum excusationē ini-
quissimi facti sui lotione manum sua-
rum quæsivisse, re ipsa autem scelus
non evitasse Matth. 27. Quoties &
tu peccata tua occultare & excusatio-
nem illis pretendere niteris, sicque il-
la potius auges, quam minuis?

Affectus.

Confitebor adversum me inju-
stiam meam Domino. *Pf. 31. 5,*

Deus, tu scis infipientiam meam:
& delicta mea à te non abscondita.
Pf. 68.

Si voluero contendere tecum,
non potero tibi respondere unum
pro mille. *Job. 9.*

AD ORATE FRATRES.

Considera Christum à Pilato con-
demnandum populo in corona spinea,

vesteque purpurea sisti. Ioan. 19. 4.
Quomodo subsistes, ô homo, ubi cor-
ram Indice Christo in novissimo die co-
parebis?

Affectus.

Quis mihi hoc tribuat ut, in in-
ferno protegas me, & abscondas me,
donec pertranseat furor tuus? Job.
14. 13.

Dimittam adversum me eloqui-
um meum, loquar in amaritudine
animæ meæ, dicam Deo: NOLI
ME CONDEMNARE Job.
IO.

Ecce enim in iniquitatibus con-
ceptus sum. Ps. 50.

AD PRÆFATIONEM.

Considera eosdem Iudeos, qui quin-
que ante diebus HOSANNA Chri-
sto acclamarunt, nunc vociferari:
CRUCIFIGE, CRUCIFIGE
EUM. Matth. 27. Nunquid simi-
lis in te est inconstantia? Affe-

Affectus.

Perfice gressus meos in semitis
tuis, ut non moveantur vestigia
mea. *Pſ. 16.*

Confirmā me in verbis tuis. *118.*

Tenebit me dextera tua. *Pſ. 138.*

9.

SUB CANONE.

*Considera, quomodo IESU S ba-
julans sibi crucem, exivit in eum,
qui dicitur Calvariæ locum. 10.19.*

*17. Audiens vocem Christi? Qui
vult post me venire, abneget se-
ipsum, & tollat Crucem suam, &
sequatur me. Matth. 16. 24.*

Affectus.

*Trahe me post te, curremus in
odorem unguentorum tuorum.
Cant. 1. 3.*

*Mihi autem absit gloriari, nisi in
Cruce Domini nostri Iesu Christi
Gal. 6. 14.*

Exeat.

Exeamas igitur ad eum extra castra improperium ejus portantes.
Hebr. 13. 13.

AD ELEVATIONE M.
sacra Hostia.

Considera Christum manibus pedibusque Crucis affixum toti orbi spectabilem proponi. Marc. 15. 25. Vide à homo, Redemptorem tuum, quo hactenus affectu illum complexus es, qui expansis hic brachijs te ad amplexum suum invitat?

Affectus.

Dilectus meus mihi, & ego illi,
Cant. 2.

Nuntiate ei, quia amore langues. Ib. 5. 8.

Quis nos se parabit à charitate Christi? tribulatio, an angustiae? certus sum, quia neque mors, neque vita, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro. Rom. 8. K 8 AD

AD ELEVATIONEM.

Calicis.

Considera, quam copiosè Christus ex sacris quinque vulneribus sanguinem in ablutionem peccatorum tuorum effuderit. Quin o peccator, accurris, ut munderis, hauriasque in gaudio de fontibus Salvatoris? Il. 12.

Affectus.

Amplius lava me ab iniquitate mea & à peccato meo munda me.
Pſ. 50.

Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? Job. 4. 4.

Cor mundum crea in me Deus.
Pſ. 50.

POST ELEVATIONEM.

Considera, quōodo, Christo Crucifixo, à sexta hora tenebræ factæ sūt super universam terram usque ad horam

no-

Modi pie audiendi Miffam. 233

nonam. Matt. 27. Quales erunt tenebra infernales! Matt. 25.

Affectus.

Dimitte me, ut plangā paululum dolorem meum : antequam vadām , & non revertar , ad terram nebrolam , & opertam mortis caligine. Job. 10. 20.

Forsitan tenebræ concubabunt me. Ps. 138.

Ad Memento pro defunctis.

Illuminare , ô I E S U , his , qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Luc. 1. 79.

AD PATER NOSTER.

Considera septena Christi verba , ab ipso in cruce prolata . 1. Christus pro inimicis oravit , quid tu facis ? 2. Lætro pœnitens cælum obtinuit , disce tam serio (non tam serò) agere pœnitentiam 3. Mater Ioanni ; hic illi com-

mendatur; cui te melius commendes?

4. Christus se derelictum queritur,
Et tu solatia tibi deberi putas? 5. Siti-
vit Christus salutem tuam, Et tu
eam nauses? 6. Christus consumatum
esse tormentum suum indicavit; sic
enimia tua bona Et mala consumma-
buntur. 7. Denique Spiritum tuum
exemplo Christi commendata manus
Patris sui caelestis. *Luc. 23.*

Affectus.

1. Et nos dimittimus debitori-
bus nostris. *Matth. 6.*
2. Fac, Et me audire; hodie me-
cum eris in paradyso! *Luc. 23.*
3. Maria, Ecce ego Filius tuus.
Job. 19.
4. Ne derelinquas me, Domine
Deus meus: ne discesseris a me.
Ps. 37 22.
5. Sitivit in te anima mea. *Ps.*
62. 2.
6. Felix qui cursum consumavit,
fidem servavit. *2, Tim. 4., 7. In*

Modi piè audiendi Missam. 235

7. In manus tuas , commendo spiritum meum. *Luc. 23.*

AD DIVISIONEM

S. Hostie.

Considera anima Christi à corpore separationem. Matth. 27, Statutum est omnibus hominibus semel mori. *Heb. 9.*

Affectus.

Moriatur anima mea morte iustorum. *Num. 23. 10.*

Sive vivimus , sive morimur , Domini sumus. *Rom 14.* Beati mortui , qui in Domino moriantur. *Apoc. 14.*

AD AGNUS DEI.

Sacerdote pectus tun-
dente.

Considera , quomodo multi eorum , qui viderant Christum in Cruce morientem , percutientes pectora sua , re-

redierunt. *Luc. 23. 48.* An non &
tuum pectus in signum veri doloris de-
peccatis tuis percutias?

Affectus.

Percutio, Domine, cum Publi-
cano pectus meum, dico: propi-
tius esto mihi peccatori. *Luc. 18. 13.*

Et nunc, Domine memor esto
mei, & ne vindictam sumas de pec-
catis meis, neque reminiscaris de-
licita mea, vel parentum meorum.
Tob. 3. 3. Cito anticipent nos mis-
ericordiae tuæ. *Ps. 78. 8.*

AD COMMUNIONEM.

Sacerdotis.

Considera Sepulturam Christi. 16.
19. 14. Petit is à te pro sepulchro cor
tuum.

Affectus.

paratum cor meum Deus, para-
tum cor meum. *Ps. 56. 8.*

Surge

Surge Domine, in requiem tuam,
tu & Arca sanctificationis tuæ. Ps.
131. 8.

Gaudet tecum cor meū. Prov.
23.

AD COLLECTAS

Vltimas seu preces, quas elatā
voce legit aut canit Sacerdos.

Considera latam, ac gloriosam
Christi Resurrectionem. Marc. 16. 6.
Mortui estis (inquit Apost. ad Coloss.
3. 3.) & vita vestra est abscondita
cum Christo in Deo.

Affectus.

Salvatorem exspectamus Domi-
num nostrum Iesum Christum, qui
reformabit corpus humilitatis no-
stræ, configuratum corpori clarita-
tis suæ. Phil. 3. 21.

Quando veniam, & apparebo
ante faciem Dei? Ps. 41. 3.

Cupio dissolvi & esse cum Chri-
sto. Phil. 1.

AD

AD BENEDICTIONEM.

Considera quomodo Christus in cælo
ascendens benedixerit discipulis suis.
Marc. 16, In hoc vocati estis, ut
benedictione hereditate possideatis. 1. Petr. 3. 9.

Affectus.

Salvum fac populum tuum, Domine,
& benedic hereditati tuae.
Ps. 27. 9.

Benedicat nos DEUS, DEUS
noster, benedicat nos DEUS. Ps.
66. 8.

Beati, qui habitant in domo tua,
Domine in saecula saeculorum lau-
bunt te. Pl. 83.

OBBLATIO
peracti Sacrificii.

Suscipe, sancta Trinitas, Sacri-
ficium hoc Corporis & Sangu-
inis Domini nostri Iesu Christi,
quod divinæ Majestati tuae in me-

mo-

moriam ejusdem Passionis & mortis obtuli: Cuius infinitis meritis, oro, delicta, & negligentiae meæ omnes compensentur. Quoniam ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Amen. I. Io. 2.

AFFECTUS AMAN-
TIS ANIMÆ
In Deum hominem pro nobis
crucifixum, S. P. Francisci
Xaveri.

O D E U S ! ego amo Te.
Nec amo Te, ut salves me:
Aut, quia non amantes Te
Æterno punis igne.
Tu, tu, mi IESU, totū me
Amplexus es in Cruce.

Tulisti Clavos, Lanceam,
Multamque Ignominiam,
Innumeros Dolores,
Sudores, & Angores,
Ac Mortem. Et hæc propter me,
Ac pro me Peccatore !

Cur

Cur igitur non amem Te,
O I E S U amantissime?

Non, ut in cœlo salves me:
Aut, ne æternūm damnes me;
Nec præmii ullius spe,
Sed . sicut tu amasti me ;
Sic amo , & amabo Te.

Solum , quia ReX meus es :
Et solūm , quia, DEU S es ,
Amen.



OR.



EXERCITIUM XI.
SEV.

INSTRUCTIO.

PRO

SACRAMENTO PÆ-
NITENTIÆ.

§. I. *Quid, & quam utile sit hoc
Sacramentum.*

Pænitentiæ Sacramentum est, in quo sacerdotalis absolutio à peccatis, quæ detestatus, ritèq; confessus quis fuerit, impenditur Trident. sess. 14. c. 1. & sess. 6. c. 14.

Et per hoc Sacramentum non solum remittuntur peccata, sed gratia insuper peculiaris (quæ summus anime thesaurus est, & somen æternæ gloriae) confertur. Ex quo patet; quam utilis sit crebra confessio.

L

§. 2 Quid

S. 2. Quid requiratur ad hoc Sacramentum?

Triahunt, quae ad hoc Sacramentum requiruntur: Contritio, Confessio & Satisfactione. Audi S. Chrysost. serm de pœnit. to. In Contritio sit in corde, in ore Confessio, in opere tota humilitas; ut quibus modis Deum offendimus iisdem reconciliemur Deo; corde quidem per contritionem, ore per confessionem, & opere per satisfactionem.

S. 3. Quid sit Contritio.

Alia est Contritio perfecta, alia imperfecta, quæ dicitur Attritio. Contritio perfecta est filialis dolor & detestatio peccati, proficiens ex motivo sinceri amoris erga Deum offenditum. Contritio imperfecta, scilicet Attritio, dolor de peccato quodammodo servilis, ex timore scilicet gehennæ promerit.

aut cœli amissi, vel ob fœditatem peccati. Quantum autem filius præstat seruo, tantum contritio attritioni.

s. 5. Quæ sit vis Contitionis?

Contritio perfecta semper iustificat etiam sine Sacramento, unde si quando non est copia Confessarii, etiam sine Confessione salvari possumus per solam perfectam contritionem, tamen tamen semper includit votum seu desiderium omnia peccata confitendi, ad quod explendum data occasione obligamur. Utile est asseccere elicenda sepius contritione.

1. Ut ne morte inopinata obruti aeternum damnemur. 2. Ut bonorum operum nostrorum semper habeamus optimum fructum; illa enim mortua sunt, nobisque ad augmentum aeternæ salutis non profundunt, quamdiu sumus extra gratiam Dei. Ideo tamen non sunt remittenda bona opera in statu pec-

cati mortalis : sed tunc vel maximè illa exerceenda sunt , ne prorsus nos Deus abiiciat , & impletâ scelerum nostrorum mensura (quam alijs aetatem , alijs amplam indulget) aeternum dant . Movetur praeterea Deus bonis operibus Peccatoris , ut illi gratiam penitentiae & serie conversionis , & a gravioribus malis eundem liberet Nonne vidisti (ait Dominus ad Eliam 3. Reg. 21. 29.) humiliatum Achab coram me , (gravissimum hic Rex furtum & homicidium cum scandalo totius populi commiserat) quia igitur homiliatus est mei caula (operuit enim cilicio carnem suam , iejunavitque & dormivit in sacco , & ambulavit dimisso capite . Ib. v. 27.) non inducam malum in diebus eius , &c.

s. 5. Quomodo eliciatur Contritio ?

Potest illa vel unico suspirio cum vel sine verbis elici , juxta ea quae

qua dicta sunt parag. 3. Varie quidem breves, & prolixæ proponuntur formulae Contritionis (v.g. Amo te Deus summum bonum meum super omnia: ideoque ex animo doleo, quod te unquam offendebim, propono seriam emendationem, confessionem, & satisfactio- nem, &c. sed ad affectum interiorum Deus potissimum atendit. Pec- cavi Domino, ait David, reus adulterii, 2. Reg. 12. 13. & statim audivit à Nathan Propheta: Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Utique amorem Dei offensi, propositum emendationis & satisfac- tionis David animo perfectissime con- ceperat, & si illa verbis non expresse- rit. Proinde qui voluerit Contritio- nem perfectam elicere, non tam de verbis, quam affectu veri amoris & doloris sit sollicitus.

§. 6. Non est fidendum elicere
Contritioni neglectâ emenda-
tione.

Qui libere præsumeres peccare,
illa fiducia fatus, quæ post
commissum scelus, & in vita
periculo constitutus, veller elicere a-
etum contritionis; Deo illudere, &
quod modo insultare videretur;
qua ratione is singularem illam Di-
gationem, qua ad contritionem elici-
endam requiritur, sperare potest?
Nolite errare: ait Apost. Gal. 6.7.)
Deus non irridetur..

§. 7. Quantum valeat Attritio?

Non potest quidem Attritio (uti
dictum est de contritione)
nos in peccato mortali exi-
fentes, Deo sine Confessione Sacramen-
tali Conciliare: cum hac tamen com-
juncta ad id præstandum sufficit.
Quæ doctrina conformis est Concilio
Tri-

Trident. Loc. cit. Quod idem docet, dolorem hunc necessarium nos suscitatere considerando peccatorum feditatem, magnitudinem, ac multitudinem, summam Dei offensibonitatem, gratiam illius ceteraque bona eterna & inestimabilia amissa, &c. Cogitabo pro peccato meo. ait David. Ps. 37. 19.

§. 8. Qualis sit Confessio, quae fit sine vera contritione aut attritione?

Talis Confessio (inquit S. Bern. serm. 16. incant.) non solùm veniam non meretur, sed & provocat iram. Proindeque melius omittetur Quidam tantum solliciti sunt, ut omnia peccata sua recensent Sacerdoti, sincero dolore, firmo- que amendmentis proposito non mag- nopere laborant: cum tamen hec per- sistor aequie necessaria & essentialis pars Confessionis sit, quare peccatorum

enumeratio. Audi eundem S. Bern. l. cit. Nunquid profuit Sauli, quod se ad increpationem Samuelis peccasse confessus est? culpabilis, procul dubio, fuit illa confessio, quæ culpam non delevit, ob defectum videlicet cordis contriti & humilitati. S. Aug. ser: 7. de temp. init. Pœnitentiam cercam non facit, nisi odium peccati, & amor Dei. Idem lib. de vera & falsa pœnit post init. Salvatur peccator quia dolet: liberatur, quia pœnitet.

§. 9. An præsumi possit suffici-
entem illos dolorem elicere de pec-
catis qui verè semper cum iidem
mortalibus peccatis ad Confes-
sionem redeunt?

REspondet S. Aug. ser. 7. de temp:
init Multi assidue se dicunt es-
se peccatores & tamen adhuc
illos delectat peccare. professio est,
non emendatio: acculatur anima,
non sanatur: pronuntiatur offensa,
non tollitur. &c.

Huic

Huic consentit S. Greg. hom 34. in Evang. Pœnitentiam d gere est , & perpetrata mala plangere , & plangē da non perpetrare : qui sic alia de plorat , ut tamen alia committat , pœnitentiam agere aut dissimulat , aut ignorat .

Si quis virum honestum & in nocentem crebris cæderet colaphis , & se deinde dolere de patrato facinore diceret , emenda tionem insuper promitteret , si bique culpam ignosci peteret : bac autem impetrata mox flagitium repeteret , atque iterum supplex , veniam , rogaret deciesque ita i mo vicies . tricies facinus iteraret & culpam deprecaretur ; num dices talem verè dolere , serioque emendationem proponere ? Par u triusque est ratio . Quot ejusmodi pœnitentes infelix mors rapuit ,

eternisque cruciandoſ ignibus
addictos tenet? Iſta eſt Vera Pœ-
nitentia , quando ſic convertitur
quis , ut non revertatur: quando ſic
pœnitet, ut nō repetat. S. Aug. loc. cit.

S. 10. Non eſt peccandū ſpecie
miſericordiæ obtinendæ?

Multi , ut libertati peccan-
di patrocinentur, ex tol-
lunt divinam miſericordiam, cu-
jus ianuam omnibus peccatoribus
omni loco & tempore afferunt pa-
tere, &c. ſed hanc ita tollunt ut
Iuſtitiā divinā velint oppreſſam,
infinitaque Dei bonitate in ater-
nam ſui perniciem abutantur,
dum hac freti graviflma quoque
peccata reperere non verentur.
Considerent illi objecro , an ali-
quos in ſacris paginis reperiant,
qui per Pœnitentiam Deo reconcili-

lia.

liati, postmodum fuerint in priora scelera relapsi. Num David Achab, Manasses, Magdalena, petrus, Latro, Paulus, &c. post conversionem suam pristina peccata repetiverunt? His tamen exemplis, divina misericordia abundantiam demonstramus. Recè proinde Siracides monet. Eccl. 5. 6. Ne dicas: miferatio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit Ira illius. Et cap. 1. 1. Fili peccasti? non adjicias iterum: sed & de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur.

S. II. Non est differenda penitentia.

Manassis Regis Filium Ananom, ait Clemens lib. 2, cap. 1.

23. *esse ad patranda libere flagitia his
verbis animasse*: Pater meus Manas-
ses plurima in iuventute suâ com-
misit scelera, & postquam senuit,
egit pœnitentiam, huius ego vesti-
gjis insistam, &c Sed neque etatem
Patris, (qui regnavit annis. 55.)
neque gratiam pœnitentiae obtainuit,
secundo enim regni anno vix comple-
to à servis suis imperfectus, miserè pes-
riit. Non trades, ait Siracides Eccl.
5. 7. converti ad Dominum, & ne
differas de die in diem: subito e-
nim veniet ira illius, & in tempo-
re vindictæ dispertet te. Putasne a-
lia tecum via Deum processurum?
tibique minus mali, quam ceteris e-
venturum? Dicis, cras convertar,
converso tibi indulgentiam Deus
promisit sed castinam diem tibi ne-
mo promisit. S. Aug. serm. 59. de
verb. Domini Audi vocem clamantis
in deserto. Mat. 3. 7. Progenies vipe-
rarum, quis demonstravit vobis
fugere à ventura ira? facite ergo
fru-

fructum dignum pœnitentiae. Nisi enim pœnitentiam habueritis (sc. tempestivè), omnes similiter peribitis. *Luc. 13. 3.* Quid in diem crastinum differs? (ait? *P. Ambr. ep. 82.*) cavendum est , ne & illum non teneas , & hodiernum amittas. Hac enim percuditur animadversione peccator , ut moriens obliviscatur sui , qui dum viveret (*sanus*) oblitus est Dei. *S. Aug. hom. 41.* & 50. Nam Pœnitentia (ait *idem ser. 57. de temp. in sin.*) quæ ab infirmitate petitur , infirma est. pœnitentia , quæ à moriēte petitur , timeone ipsa moriatur. Ideo quicūq; invēire vult miseri cordia Dei , sāus agat Pœnitentiā in hoc sæculo , ut sāus esse valeat in futuro. §. 12. Non illo fine , hæc dicta sunt ut ad desperationē impellamur ; sed ut Pœnitentiam , à qua salus nostra dependet , benè & mature exerceantur.

Nemo unquam quantum libet gravium & multorum peccatorum

torum reus, arbitretur actum esse de
salutesua Si enim impius (ait Dñs
Ezech. 18. 21.) egerit pœnitentiam
ab omnibus peccatis suis , quæ o-
peratus est, & custodiret omnia pre-
cepta mea , & fecerit iudicium di-
justitiam vitâ vivet & non morie-
tur, omnium iniquitatum ejus , quas
operatus est , non recordabor. Con-
firmatur id c. 33. 11. Vivo ego,
dicit Dominus Deus , nolo mor-
tem impii , sed ut convertatur im-
pius à via sua, & vivat. Cōvertimini,
convertimini à viis vestris pessimis:
& quare moriemini? Impietas impii
non nocebit ei, in qua cūque die cō-
versus fuerit , &c.

S. 13. DE CONFESSIO- N E.

Confessio quoque seu manifestatio
peccatorum ad hoc Sacramen-
tum necessaria est.

VUT peccator Deo reconcilietur,
non sufficit Confessio , qua solo
Corde, ~~aut~~ loli Deo fit, sed re-
qui-

quiritur etiam Confessio oris coram lo-
gitimo Sacerdote. In veteri Lege hu-
ius confessionis figuram habens pre-
cepit enim Dominus Num. 5. 6. Vir
sive mulier cum fecerunt ex omni-
bus peccatis, quae solent hominibus
accidere, & per negligentiam trans-
gressi fuerint mandatum Domini,
atque deliquerint, confitebuntur
peccatum suum. Tempore Apostolo-
rum huius fuit usus, Act. 19. 13.
Multi credentium veniebant
confitentes, & annuntiantes actus lu-
os. Urget Confessionem Apost. Iacobus
in Epist sua c. 5. Confitemini alte-
rutrum peccata vestra: Si enim
confiteainur peccata nostra (ait di-
lectus Christi discipulus i. Ioan. 1. 9.)
fidelis est & justus (Deus) ut remit-
tat nobis peccata nostra, & emun-
det nos ab omni iniquitate. Acce-
dunt SS. PP. Si erubescat (verba
sunt S. Hier. in Eccl. c. 10. agrotus
medico confiteri, quod ignorat me-
dicina non curat. Culpat. S. Ambr.
(lib.

(lib. I. de Pœn. c 2.) illos, qui ajunt, se Domino deferre reverentiam, cui soli remittendorum criminum potestatē reservent. Necessariò (inquit S. Basilius in regul. brev.) iis peccata aperiri debent, quibus credita est dispensatio Mysteriorum Dei, Accedit S. August. to. 9. l. 2. de visit infirm. Cap. 4. Sunt quidam, qui sufficere sibi ad salutem autumant, si soli Deo, cui nihil occultum est, quem nullius latet conscientia, sua confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubescunt sive dedignantur ostendere se Sacerdotibus - sed nolo ut istâ decipiaris opinione. Cicatricum tuarum arbiter, Dei vice adhibetur presbyter, & revela ei vias tuas, &c.

§. 14. Qualis debeat esse Confessio?

I. **H**VMILIS. Exemplum sume à Magdalena, ad pedes Christi prouoluta: à Prodigio, ad pe-

pedes Patris sui prostrato: à Publicano non audente oculos in cælum attollere. Non potuisset non placari Deus (inquit S. Bern. Jér. 16. in Cant.) cùm Saul ad increpationem Samue lis se peccasse confessus est. 1. Reg. 15. 24. Si quæ in ore sonuit, in corde radiasset humilitas.

Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Iac. 4. 6.

2. Simplex. Nam peccata excusare, alleviare, adumbrare, &c. ut dicit S. Bern 16 in Cant) non confessio est, sed defensio: nec placat, sed provocat. Genus excusationis est, cum tu argueris, alium incusare. Id quod in primis Parentibus nostris Adamo & Eva deplorat S. Chri st. in Ps. 140. Cùm oporteret illos simpliciter dicere, Peccaviinus, Adam in Evam confert culpam, & illa rursus in diabolum, Atque ita non solum non confitentur, sed etiam defensionem comparant: Vide David nullam excusationem affer-

ferentem, quando peccavit, sed dicentem: peccavi Domino. Multi
 (ait S. Aug. hom. 12. ex 50.) sic con-
 fidentur ut ipsi satanam accusent
 quasi revera traxerit eos, aut violen-
 tiam fecerit; qui quidem suadere &
 solicitare potest, cogere omnino
 non potest. Sit ergo confessio simplex
 sui, non aliorum accusatio, vitata
 accusatione. Sc.

3. Brevis, sine Historiis &
 ambagibus non necessariis, ijs
 maxime, quibus alii incusari &
 infamari possent, non sine peri-
 culo committendæ gravis detrac-
 tionis. Tam enim in Confessione
 quisque aliorum honori tenetur
 parcere, quam extra illam.

4. Clara, vitando verba &
 modos loquendi æquivocos, dubi-
 os, universales, &c. ex quibus
 nihil certi potest cognosci. Non ini-
 mini,

mini, sed Deo (quem nihil potest latere) confiteris. Ita proinde recense omnia, prout huic scis esse vota, & conscientia tua dicuntur. Hanc circumstantiam non observant, qui v. g. in Confessione dicunt se malas habuisse cogitationes, neque significando, quales eae fuerint, neque addendo, an consensum iis derint aut negarint, &c. Mala enim cogitationes etiam sanctos possunt invadere, qui illas repellendo, aut suppressando, non modo non peccant, sed & præmium, eternamque merentur gloriam.

S, Integra, ita ut omnia & singula peccata gravia, quorum quis potest recordari, pandatur. Non enim sanatur ager, qui non omnia lethalia corporis sui vulnera patefacit Chirurgo Orig. tom. 3. in levit. Quæcta ait, probantian-

tianda sunt , quæ egerimus. Si quid in opere , in sermone solo , vel intra cogitationum secreta commiserimus , necesse est proferri , &c. Clarius S. Aug. lib . 2. de visit infirm. c. 5. fin. Confitere . quæ te remordent flagitia , detege specialiter , quæ scis specialia. Et in Ps. 66. Agnosce medici manum , confitere , exeat in confessione , & defluat Omnis sanies. Iam exulta , jam lætare quod reliquum est , facile sanabitur.

S. Berm. serm. 16. in Cant. Omne , quod remordet conscientiam , confitere humiliter , purè , fideliter. Addito numero peccatorum , de quibus scitur , vel saltem dubitatur , esse gratia ; cum circumstantiis speciem mutantibus , vel notabiliter aggravantibus.

6. Verecunda. S. Ambr. l. de Cain & Abel. c. 7. Erubescere debemus , & condemnare peccatum : quoniam pudore culpa minuitur. Erubescientia ipsa (inquit S. Aug. lib. de ve-

ra & falsa Pænit. c. 10.) partem habet remissionis.

Et hæc est confusio adducens gloriam & gratiam. Eccl. 4. 24. Est etiam confusio adducens peccatum ; contra quam Siracides ibidem sichortatur. Pro anima tua ne confundaris dicere verum. S. Chrys. hom. 33. in Io. In peccatis , quæ commisimus, confitendis neminem vereamur , Deum duntaxat, ut decet , formidemus.

S. Aug. in Ps. 66. circa med. Timet confiteri . qui non confitendo esse non potes occultus , damnaberis tacitus , qui posses liberari confessus Et lib. 2. de visit infirm. c. 5. sub fin. Hou, cur erubescis Confiteri , quod Facere nequaquam erubisti ? melius est coram uno aliquantulum ruboris tolerare, quam in die judicii coram tot milibus hominum gravirepulsâ denotatum tabescere.

7. Fidelis: Certa, ut Certa dubia ut dubia enuntians, aliena verò ab omni dolo

Sacer-

Sacerdotes enim *sicut S. Ambr. Ez. 3. ad simpl.* non auferunt peccatum ejus, qui in dolore offert, & adhuc in studio delinquendi est. Sit *deinde Fidelis*, ut non diffidat de venia obtinenda. *S. Bern. ser. 16. in Cant.* Si fidelis Confessio, ut confitearis in Spe, de indulgentia penitus non diffidens Iudas Proditor Domini, Cain fraticida confessi sunt, & filii sunt. Nil protuit eis infidelis Confessio.

S. 15. Tertia pars Sacramenti Confessionis qua est Satisfactione.

Ad Confessionem quoque pertinere satisfactionem, hoc est, explicationem priorum operum, vel a Confessario injunctarum quae connitentiam vocant, vel ulro susceptorum, Ecclesia Catholica doctrina est. Vide Trident. sess. 14. c. 8. contra Novatores, qui volunt culpam a Domino nunquam remitti, quin universa etiam

pœna condonetur. Peorò Conciliu~~m~~
ibidem ostendit in fin. cap. cit. Ex hu-
jusmodi nostris satisfactionibus vi-
theriti & satisfactionis Domini no-
stri Iesu Christi nec obscurari, nec
aliqua ex parte imminui. Ino ~~ait~~ i-
bid. in med. cap. Dum satisfaciendo
patimur pro peccatis, Christo Iesu
(qui pro peccatis nostris satisfecit,
ex quo omnis nostra sufficientia est)
conformes efficimur certissimā quo-
que inde arrhā habentes, quod si con-
patimur & glorificabimur. Neq; ve-
rò ita nostra est satisfactio hæc quā
pro peccatis nostris ut exolvimus,
non sit per Christū Iesū Nam qui ex
nobis tanquam **ex** nobis nihil pos-
sumus; eo cooperante, qui nos
confortat, omnia possimus. Ita non
habet homo, unde gloriatur; sed om-
nis gloriatio nostra in Christo est,
in quo vivimus, in quo movemur,
in quo meremur, in quo satisfaci-
mus, facientes fructus dignos Pœni-
tentie, qui ex illo vim habent, ab
ille

illo offeruntur Patri , & per illum
acceptantur à Patre. Debent ergo
Sacerdotes Domini , quantum spi-
ritus & prudentia suggererit , pro
qualitate criminum , pœnitentium
facultate , salutares , & couvenien-
tes satisfactiones injungere : ne si
fortè peccatis conniveant , & indul-
gentius cum pœnitentibus agant ,
levissima quædam opera pro gra-
vissimis delictis injungendo alieno-
rum peccatorum participes effici-
antur. Habeant autem præ oculis ,
ut satisfactio , quam imponunt , non
sit tantum ad novæ vitæ custodiam
& infirmitatis medicamentum ; sed
etiam ad præteritorum peccatorum
vindictam & castigationem. Nam
claves Sacerdotum non ad solven-
dum duntaxat , sed & ad ligandum
concessæ ,

*Exigua pœna in hac vita
sponte suscepta gravissimos Pur-
gatorii cruciatus evadimus. Hoc
enim*

enim tempus gratiæ est, illud rigorosæ justitiæ.

Qua non severitate David per omnem vitam in se peccatum adulterii, jejunando, flendo, orando, corpus miris modis affligendo, vindicavit, & castigavit, quamquam pridem à Nathan Propheta audivisset, à se illud esse translatum? Et quot non lachrymas quotidie in extremam usque senectam fudit. Petrus ob peccatum, quo Dominum suum ex metu negavit, quamquam istud eadem nocte, vel die, quo commissum fuerat Iesus, respiciendo Petrum, condonasset? Innumera sunt similia exempla. Audi quatuor Ecclesiæ Doctorum de hac resententias.

S. August. hom. 50. ex 50. c. 15.
M Non

Non sufficit mores in melius commutare , & à factis malis recedere , nisi etiam de his quæ facta sunt , satisfiat Deo per pænitentia dolorem , per humilitatis gemitum , per contriti cordis sacrificium , cooperantibus eleemosynis , &c,


S. Hieron. Ep. 27. ad Eustoch. Affligendum corpus , quod multis vacavit deliciis , longus risus perpetu compensandus est fletu , mollia latamina , & ferica pretiosissima , a speritate cilicii commutanda.

S. Ambr. ad virg. lapsam c. 8. Qui agit pænitentiam , non solum diluere lachrymis debet peccatum suum , sed etiam emendationibus factis operire & tegere delicta superiora . Grande scelus grandem necessariam habet satisfactionem.

S. Greg. hom. 34. in Evang. Qui se illicita meminit commisisse , à quibusdam etiam licitis studeat abstinerere , quatenus per hoc conditoris suo satisfaciat. *Etiam satisfaciat*

MMS.

mus, flagella à Deo nobis immissa,
humiliter, patienterque tolerando.



Incitamentum ad Confessio- nem.

Ex S. Gregor. Nysseno, S. Basili Magni Fratre Germanorat: in
eos, qui alios iudicant acerbius
ad fin.

Afflictionis tuæ participem &
socium sume Sacerdotem, ut
Párem: Quis enim tam fal-
sò nominatur Pater, aut tam duro,
atque adamantino animo præditus
est, qui non filiis mærentibus do-
leat, & gaudientibus lætetur? Sa-
cerdos ita tristatur ob peccata illius,
quem propter religionem habet lo-
co filij, ut Iacob visâ tunica Ioseph
sanguine conspersa: ut David lu-
xit Absolonis interitum: ut Heli
Ophnim & Phineen, qui in acie ce-

ciderant: ut Moyles impium populum, qui rerum novarum studiosus vitulum sibi conflaverat: Quam ob rem major tibi in eo fiducia sit, qui te in Christo genuit, quam in illis, à quibus corpore procreatus es. Audacter ostende illi, quæ sunt recondita. Animi arcana tanquam occulta vulnera medico retege; ipse & honoris & valetudinis tuæ rationem habebit. Filiorum de-decor magis moventur parentes, quam ipsi filii. Nam ut filiorum gloria ad parentes pertinent, sic etiam dedecus & turpitudo. Incertus est, fratres, terminus vitæ; discessum è vita diligentia præveramus &c. Sic pergit nos adhortari non Confessionem aut horreamus, aut disferamus.

—§) ? (§ —

EXA-



E X A M E N
SEU
CATALOGVS PEC-
CATORUM
Pro Confessione Generali.

NB. Circa peccata gravia &
numeris, quantum fieri potest,
& circumstantiae notabiliter ag-
gravantes, ut speciem malitia
mutantes necessariò explicandæ
sunt. Nec reticendum est, si a-
lios ad flagitia seduxerimus, vel
scandalum dederimus.

I. PRÆCEPTUM DECALOGI.

*Ego sum Dominus Deus tuus,
non habebis Deos alienos coram
me, nec facies tibi sculptile, ut
adores illud.*

Feci *toties Confessiones sacrilegas*, omissendo voluntariè unum, vel plura gravia peccata, vel non eliciendo dolorem & propositum serium me emendandi. In tali statu *toties Communionem frequentavi.*

Dubitavi de aliquo fidei articulo advertenter & voluntariè, nec restiti *toties*

Legi Libros hæreticos, superstitionis, prohibitos, &c. dedi eosdem *tot aliis legendos.*

Gravibus superstitionibus fidem adhibui, iis usus sum, & alios in easdem induxi.

Desperavi de emendatione vita, vel impetranda peccatorum meorum venia. Confessionem diu disstuli

stulti, etiam in vita periculo constitutus. Murmuravi contra Deum: vel eundem blasphemavi.

In imprecationibus Sacra menta, & vulnera Christi nominavi.

Complacentiam habui in tali peccato commisso, & de illo gloriatus sum.

Superbivi de donis gratiae & naturae, ea que meis meritis, non divinae gratiae attribui.

II. PRÆCEPTUM.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

Juravi fallum (vel dubitans de veritate) per Deum vel animam, &c.

Cum juramento promisi me malum grave facturum animo servandi, hoc vero juramentum non tenemur, nec debemus servare.

Rem licet tam juravi animo non servandi.

Affirmavi falsum cum imprecatio-
ne , v. g. Deus me puniat , non
fiam salvus , diabolus me auferat ,
non discedam ex hoc loco , &c. ma-
xime cavenda sunt formulæ huic-
modi. Quām verè Deus vivit , &c.

Votum hoc feci , & non servavi.

Verba sacra ad facetias & inho-
nesta applicavi. Nomen Domini
sive reverentia nominavi.

III. PRÆCEPTUM.

*Memento ut diem Sabbathi
sanctifices.*

Missam die Dominico vel se-
sto non audivi cùm possem ,
vel notabilem illius partem
neglexi , veniendo post Evangelium . In eâd immultum fabulatus
sum , aut mea culpa fui diu distra-
ctus , alios quoque in illa turbavi .

*Ecclesiastici & Religiosi hic cir-
ca horas Canonicas sese exami-
nent , & considerent , ad quam
resta-*

restitutionem quisque obligetur.

Feci opera servilia diebus Dominis vel Festis, vel hos dies lusibus, conviviis, compotationibus pravis colloquiis, occupationibus lucrosis, aut profanis, cum neglegitu Concionum, &c. transegi, vel per meos eiusmodi res fieri permisi.

NB. Divini huius & Ecclesiae præcepti finis est, non solum abstinere a servili opere, otioque, aut insolentiis, aut aliis occupationibus diem transigere, sed illum religiose Deo impendere.

IV. PRÆCEPTUM.

Honora Patrem tuum & Matrem tuam, ut sis longævus super terram.

Parentes, aut superiores graviter offendi tali modo v. g. illos læsi, vel execratus sum, vel

mortem optavi: In rebus decentibus me iis opposui, detraxi, &c.

Non subveni parentibus in necessitate cum possem Testamentum illorum, & ultimam voluntatem non sum executus.

Videant parentes, an è contrario liberos ad iracundiam provocaverint, hos aut domesticos suos in rebus divinis impediverint, &c.

V. PRÆCEPTUM.

Non occides.

O Dio gravi aliquem sum persecutus tam diu vulneravi, aut alitei læsi, vel id facere operi nivi, non me conciliavi dū ad Sacramenta Confessionis & Communionis irem.

Optavi aliis mortem, vel damnum; aut gavisus sum, dum mors aut malum illis eveniret,

De

De bono illorum dolui.

Affeci alios injuriâ, calumniis,
contumeliis, &c. Suscitavi inter il-
los per susurrationem aut similes
modos, discordias.

Miseris in extremâ necessitate,
cùm possem, non subveni.

VI. ET IX. PRÆCEPT.

Nō mœchaberis. Non concu-
pisces duxorem proximitui.

Qui in statu conjugali de-
gunt, examinent se, an re
aut modo contra hujus status de-
centiam deliquerint. Non enim
conjunguntur Christiani, sicut
gentes, quæ ignorant Deum Tob.
8. 6. Filii quippe sanctorum sunt.

Cogitationibus saltivis volun-
tariè inhæsi, iisque me oblectavi,
cum desiderio peccandi circa per-
sonas liberas, vel conjugatas. vel,
&c, toties.

Osculis, aspe^tu, vel impuro
cantactu hac vel illa ratione, me-
cum vel cum aliis peccavi, toties.

Verbis, cantilenis, libris impu-
ris sum usus, aliosque seduxi.

Munusculis, planditiis, &c. ad
peccandum conatus sum allucere.

In consuetudine talium peccato-
rum hæsi, tamdiu.

Quæ præterea circa hanc ma-
teriam committi possunt cuilibet
conscientia dictabit, omnia verò
clare, breviter; & verecundè
aperienda sunt tanquam gravis-
sima ut plurimum animæ vulne-
ra.

VII. ET X. PRÆCEPT.

Non furtum facies. Non
concupisces domum,
non agrum &c.

PRoximo per furtum, fraudem,
vel ilicitum modum, grave-
dam-

damnum intuli, *tantipretii.* non-dum restitui cùm possim.

Volui damnum alli inferre, effeſtu tamen ob defectum occaſionis non fecuto. *vel concupivi res alienas.* Lucrum aliorum impediui.

Chartarnm vel alearum lusu, poteſtationibus, otio, aliisque ſimilibus modis facultates proprias, parentum, prolium, &c. inutiliter conſumpſi.

Injustas lites & processus fufcita- vi vel fovi:

Simonacè comparavi mihi vel a- liis beneficia Ecclesiastica *tet,* tali via. Proventus juxta ratam, ne- glectâ horarum recitatione, non re- ſtitui Ecclesiæ, nec in pauperes di- ſtribui.

Res inventas non restitui, cùm Possem: Nec in uſus pios illas con- verti.

Vſuras illicitas *tales exercui.*

Debita persolvere distuli, negle- xi, nolui.

N.B. Benè consideranda est sententia S. Aug. to. 2. Ep. 54. ad Maced: post med. Si res aliena , propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur ; non agitur pœnitentia , sed vindicatur. Non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum.

VIII. PRÆCEPT.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimoniūm.

Mentitus sum cum damno proximi , gravi vel levi, in iudicio vel extra illud. vel leviter , officiosè ex consuetudine sum mentitns.

Detraxi graviter alienæ famæ , falsum crimen illi affingendo : vel occultum, licet verum, cum infamacione proximi detegendo , secreta revelando , &c.

Temerè alios judicavi in re gravi . &c.

De-

Detrahentibus aures & animum
benevolum præbui, promovi illo-
rum sermones laudavi, & cùm pos-
sem impedire, id non feci, &c. adu-
latus sum , &c.

*NB. Tam ad restitutionem ablati
honoris, quam fortunarum, quisque
obligatur.*

Susurronem egi. De quo crimine
supra quoque facta est mentio præter-
eundum illud non est cùm sit gravissi-
mum, & hoc tempore usitatissimum.
De quo Eccl. 17. 15. Susurro & bi-
linguis maledictus.

Tametsi pleraque Peccata hic in-
sinnata sint : juvabit tamen , ne
quod notabile præterreas percurrere
quinque Ecclesiæ præcepta, VII.
peccata capitalia. VI. peccata in
Spiritum sanctum. IV. In cælum
clamantia. IX. Alienæ. Quæ proin-
dè subiçimus.

**QUINQUE PRÆCEPTA
ECCLESIAE.**

1. **S**tatutos Ecclesiæ festos dies celebrato :

2. Sacrum Missæ officium diebus festis reverenter audito 3. indica certis diebus jejunia, & à quibusdam cibis abstinentiam observato. 4. Peccata tua Sacerdoti proprio, aut alteri, cum ejus facultate, singulis annis confitetur. 5. Sacrosanctam Eucharistiam minimum semel in anno, idque circa festum Paschæ sumito.

N.B. Anno 21. ætatis completo tenetur quilibet ad Iejunium Ecclesiasticum in Quadragesima, vigiliis, quatuor anni temporibus, &c. nisi aliundè excusatetur.

Septem peccata capitalia.

1. **S**uperbia 2. Avaritia. 3. Luxuria. 4. Invidia. 5. Gula. 6. Ira. 7. Acedia.

Quædam superbiæ peccata enumerata sunt circa Præceptum Avaritiæ circa VII. Præceptum Luxuriæ circa V. & IX. præcept. Invidiæ & Iræ circa V. Præcept. Si quid ibi præteritum; hic suple, simulque indaga in Gula vitia, ebrietatem, intemperatiam in cibu: uti & in Acediam, &c.

SEX Peccata in Spiritum S.

1. **P**ræsumptio de Misericordia Dei, vel de impunitate peccati. 2. Desperatio. 3. Agnitiæ veritatis impugnatio. 4. Fraternæ charitatis invidentia. 5. Obstinatio. 6. Impenitentia.

Quatuor peccata in cælum clamantia.

1. **H**omicidium voluntarîm.
2. peccatum Sodomiticum.
3. Oppressio pauperum. viduarum, atque pupillorum.
4. Merces operariorum defraudata.

Novem peccata aliena, quæ committuntur;

1. **C**onsilio. 2. Iusſione. 3. Consensu 4. Irritatione. 5. Laudatione. 6. Reticentia. 7. Conniventia. 8. Rei alienæ participatione. 9. Alieni peccati defensione.

REMEDIA GENERALIA.

Contra omnia peccata.

1. **F**requens & accurata Confessio apud eundem Confessari-

sarium, piusque S. Eucharistiae usus
 2. Quotidianum conscientiae exa-
 men, fervensque in hoc, & per di-
 em contritionis exercitium. 3. Fu-
 ga otij, occasionum, & societatum,
 quibus ad peccandum induci sole-
 mus. 4. Custodia extenorum sen-
 suum, maximè oculorum, linguae,
 manuum & aurium. 5. Attenta
 Concionum auditio. 6. Quotidiana
 librorum spiritualium lectio. 7. Se-
 dula & devotia oratio. 8. Memoria
 præsentiae Dei, B. V. Angeli custo-
 dis, &c. 9. Meditatio de vita, & ma-
 ximè de Passione Christi, de morte,
 iudicio, inferno, & cœlesti gloria.
 10. Crebra Dei per pias aspirationes
 invocatio, *vide p. 436. seqq.* 11.
Corporis afflictio per jejunia, cili-
 cia, flagella, &c. Item Eleemosynæ,
 aliaque charitatis misericordiaæ ope-
 ra. 12. Resistentia in principio ten-
 tationis

REMEDIA PARTICULARIA.

I. Contra Luxuriam.

I. Fuge quam primum. Pugnat
tur quidem cum alijs vit-
tijs, hoc solā fugâ vincitur. Non
sine causa ait Apostolus: Fugite
fornicationem I. Cor. 6. Ignis
Libido est, quò magis huic in-
dulges, pabulumque submini-
stras, tantò magis exardescit &
sævit: Nunquam expletur, nun-
quam dicit, Sufficit. Obsequeris
hodie? majora cras imperabit:
Negas? vim faciet. Dum servi-
tur Libidini (inquit Aug. lib.
8. Conf. c. 5-) Fit consuetudo:
tenet denique obstrictum mi-
serum (cheu!) Libidinis man-
cipium Dura necessitas!

2. Custodi oculos, manus, aures; quò omnis lubrico huic vitio p̄ocludatur aditus. Pepigi fœdus (inquit Iob. c. 31. 1.) cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine; quā enim partem haberet in me Deus: si nimis hoc non facerem. Rectè quoque monet Apostolus I. Cor. 7. 1. Bonum est homini mulierem non tangere. Et Eccli. 28. 28. Sepi aures tuas spinis.

3. Fuge occasionem & consortia, quibus alias in hanc tentationem inducūtus es, maximè verè famineum sexum vita. De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri Eccli. 42. 13. Per linguæ blandimenta decipit. Prov. 28.

4. Expende jacturam honoris fortunarum, valetudinis, perturbationes animi tristitiam, aliaque innumera mala, quæ præter offensam Dei, gratiæque amissionem ex hoc vitio pullulant,

iant, graphicè à Salomone descrip-
ta Prov. c. 7. & alibi: Utinam
semper ab ipsomet Salamone ob-
servata! Tu illius malo cautior
excipe saluberrimam monentis
vocem. Fili mi, audi me. Ne ab-
strahatur mens tua in viis illius
(Lascivientis mulieris) Viæ infe-
ri domus ejus, pænetrantes in inte-
riora mortis.

5. Considera, quam pauci huic vi-
tio dediti salvantur S. Remigii senten-
tia est. Demptis parvulis, ex a-
dultis propter carnis vitium pauci
salvantur. Nec mirum est. Nam Ver-
bum sapiens audivit luxuriosus, &
displicuit illi & projicit illud post
tergum suum. Eccli. 21. 18.

Ose. 5. Non dabunt cogitatio-
nes suas, ut revertantur ad Deum
suum, quia spiritus fornicationis in
medio eorum. Ob hoc vitium non
solum Sodomam & Gomorrham cæle-
sti igne, Gen. 29. Verum & mi-
ver-

versum genus humanum diluvio de-
leri necesse fuit: nullâ aliâ ratione ab-
ominabile hoc vitium tolli aut emen-
dari potuit.

6. Propone tibi ob oculos ali-
quod ex tuorum vel tuarum nu-
per familiarium defunctorum
cadaver in putredine sua, & fæ-
dissimorum vermium corrosione
constitutum; an ad hujus ample-
xum propendes? amplectere, & has
ab eo voces excipe: Memor esto
judicii mei: sic enim erit & tuum:
mihi heri & tibi hodie. Eccli. 38. 23.

7. Représenta tibi luxuriosorum
cruciatus. In stagno ignis ardantis
sulphure. Apoc. 19. 20. Eben!
Momentaneum est quod delectat:
Æternum quod Cruciat Quod quia
miseri in tempore non considerarunt,
hinc aeterna illa damnatorum est la-
mentatio, Ergo erravimus à via ve-
ritatis. Transierunt omnia tanquam
umbra. Sap. 5. 8. Pra-

8. Præsentiam Dei, B. V. & Angeli Custodis Considera. tibique dictum illud puta; Quocumque perrexeris, memento te deprehensum. Gen. 20. 16.

9. Confuge in expansa crucifixi Domini nostri Iesu Christi brachia, te ad amorem sui provocantis, tuosque amplexus avide expectantis. O quantò majoribus hinc anima tua voluptatibus perfundetur, quam ab iis, quæ promittit caro. Accurre, & dic: Hæc requies mea, &c. Vel Quid mihi est in cælo &c. Plures eiusmodi amoris affectus vide.

10. Carnis petulantiam, jejuniis, Ciliciis, flagellis, &c. cum Davide coerce, aliaque remedia adhibe, quæ suprà inter genera- lia insinuantur.

2. Remedia contra superbiam
 & vanam gloriam.

Benè considera Spiritus sancti sententiam per Siracidem prolatam Eccli. 10. Initium omnis peccati est superbia : qui tenuerit illam , adimplebitur maledictis. Exemplo sit Lucifer. Ps. 14.

2. Peccata tua , & imperfectiones ob oculos pone ; quæ multitudine sua , & gravitate omnem laudis materiam facile tollent. Manassem arogantissimum Regem commissorum peccatorum consideratio exclamare coegit. Non sum dignus intueri & aspicere altitudinem cæli orat eiusd.

3 Humiliavit semetipsum Dominus noster Iesus Christus , &c. Phil. 2. Et terræ vermiculus extollatur ?

4. Ex vana gloria quid ob-

N secro

secro utilitatis captatur? Ara-
nearum laborem suadet: & eterne-
que gloriæ fructum aufert. Re-
ceperunt enim vanæ gloriæ se-
ctatores in hac vita mercedem
suam. Matth. 6. O vanitas!

5. An non experimur, qua-
rando gloriam amitti? ab iis-
dem contemnimur, à quibus il-
lam petimus. Proinde audia-
mus vocem Domini sic nos beni-
adhortantis per Ier. 9. 24. In
hoc glorietur, qui gloriatur, scire &
nosse me, quia ego sum Dominus.

3. Remedia contra iram, & e-
dium proximi.

Expende terribilem Dei commi-
nationem Eccli. 28. 3. Homo
homini reservat iram, & à
Deo querit medelam? In hominem
similem sibi non habet misericor-
diam, & de peccatis suis depreca-
tur?

tur? Ipse cùm caro sit, reservat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius?

2. O quoties Deus justam contra tua scelera conceptam iram continuuit, tibique pepercit, multis interim millenis hominibus, ob minora & pauciora peccata, quam tu commissisti, aeternum damnatis. An divitias bonitatis eius, & patientiae, & longanimitatis contemnis? Rom. 2. Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. Iac. 2.

3. Quam multa non modo Deus, ed & alii homines in te tollerant, quæ tu amore proprio excæcatus non vides? Quâ ergo mensura vis ut alii tuos metiantur defectus, eadem tu metire aliorum.

4. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte (CALVARIÆ) monstratum est. Exod. 25.

40. Qui cum malediceretur non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur. I.Petr. 2. 23.

5. Considera, te una insigni tui ipsius victoria in ira aut odii remissione, plus apud Deum mereri posse, quàm plurimis precibus, jejuniis, corporisque afflictionibus; quod in Davide implacabili hosti suo Sauli parcente manifestum est. Nam huius solius virtutis commemoratione à Deo summa quæque pro se, & filio impetrare confidit. Ps. 131. Memento Domine David, & omnis mansuetud. &c.

4. Remedia contra detractio- nes.

Considera, hoc peccatum simile esse, immo gravius furto. Melius enim est nomen bo- dum

num quām divitiæ multæ. Prov. 22.

1. *Sicut ergo non dimititur furti peccatum, nisi restituatur ablatum sic nec detractionis. Quam autem est difficile violatum semel honorem reintegrare?*

2. *Expende, quot & quanta ex detractione signantur peccata quorum omnium detractor fit reus? Crimen semel revelatum, quot vicibus, quot locis deinceps ab aliis propalatur? huius mali detractor se auctorem fecit: Nunc quid talis Lingua ignis est: quam magnam silvam incendit? lac. 3. 6*

3. *Ecquid obsecro commodi aut emolumenti à detractione provenit? In Caput detrahentis redundat, quod in alios derivare voluit. In quo enim (Inquit Apost. Rom. 2. 1.) Alterum quis judicat, seipsum condemnat, &c.*

5. *Remedia contra jurandi consuetudinem.*

SEverissimum Dei judicium considera, quod etiam de omni verbo otioso rationem exiget.

Matth. 12. Quanto magis de iuramentis, quibus Dei nomen, vel in testimonium temerè vocatur, vel alia ratione debonestatur?

2. *Cogita, nullam ex jurandi consuetudine esse utilitatem, immo facilè ex ea committitur perjurium. Proinde jurationi non assuecat os tuum, multi enim causas in illa. Eccli 23. 9. Deinde frequenter juranti minus credi solet, etiam dum verum jurat. Ut ait S. Chrys. hom. 7 ad Pop.*

3. *Expende pænas, quas Deus jurantibus etiam in hac vita non raro infligit. Vir multum jurans implebitur iniquitate, & non disce-*

discedet à domo illius plaga. Eccli. 23. 12. Tibi potius ex consilio S. Chrysost. hom. 5. ad Pop. pænam imponitò sponte subeundam, quoties in hoc vitium laberis.


6. *Remedia contra consuetudines lusum noxiorum, &c.*
obaterum, alterum,
&c.

1. Considera præter offensam Dei, iacturam temporis, & fortunam, que fit abiis, qui existimant lusum esse vitam nostram. Sap. 13. 12. Ecce nunc tempus acceptabile, monet Apost. 2. Cor. 6. 2.) Ecce nunc dies salutis, nunquam reversuri. Vocavit (Deus) adversum me tempus: lamentatur Sion Thren. 1. 16. An non idem fieri in extremo die eventurum metuat lusor.

2. Perpende, quæ exclusu uitias sperari possit? lucrum,
 N 4 si

*si quod aliquando obtines , velut
fumus dissipatur ; bonis enim sic
partis Deus benedicit. Damno,
si quod pateris , quantum crucia-
ris ? solidum nunquam in lusibus
gaudium invenitur. Proinde To-
bias ait : Nunquam cum ludenti-
bus miscui me . neque cum his ,
qui in levitate ambulant. Tob. 3.
17. & Ier. 15. 17. Non sedi cum
concilio ludentium.*

*3. Cogita , quæ fraudes , vi-
tæ , ex chartarum & alearum lu-
su oriri soleant : postquam inter
opera carnis recensuit Apostolus
iras , rixas , &c. subdit. Quia ,
qui talia agunt , regnum Dei non
consequentur.*



7. *Remedia contra immoderatam
tristitiam, animique pertur-
bationem.*

i. **L**abora imprimis, ut coesci-
entiam ab omnibus gravio-
ribus noxis liberes. Gaudi-
um enim & gloria nostra hæc est
(inquit Apost. 2. Cor. I.) testimoni-
um conscientiæ bonæ. Præterea
per SS. Eucbaristiæ Sacramentum il-
lum sœpè excipit, qui ait: Pacem me-
am do vobis, &c. Io. 14. Gaude-
bit in illo cor nostrum, & gaudium
nostrum nemo tollet à nobis. Ior. 6.

2. Stude mansuetudini & humili-
tati; Christus enim his suis verbis:
Discite à me, quia mitis sum & hu-
milis corde, addit: invenietis requi-
em animabus vestris. Fili, inquit
Siracides Eccli. 3. 9. in mensuetu-
dine opera tua perfice, & super ho-
minum gloriam diligenteris. Quan-
to magnus es, humilia te in omni-

N 5 bus,

bus, & coram Deo nivenies gratiam. Hinc utique optata animo pars
& tranquilitas nascitur

3. Observa, quod idem Sapiens
suadet l. cit. Altiora tene quæ sie-
ris, & fortiora te ne scrutatus fue-
ris; sed quæ precepit tibi Deus, il-
la cogita semper. Arduus multis-
quie adversis casibus, & perturbatio-
nibus obnoxius est ascensus ad alta;
dulcissima pace & tranquilitate frui-
tur, qui parvo humili contentus vivit.

4. Rebus alienis te non immisce-
juxta ejusdem Sapientis consilium
Decl. II. 9. De re, quæ te non
molestat, ne certeis. Et. c. 7. 22.
Ne fueris curiosus, non est enim ti-
bi necessarium, ea quæ abscondita
sunt, videre. Quod Christus Petru-
dixit, tibi sapientius ingemino. Quid ad
te? recte Th. à Chemp. de Init. Chri-
stic. 8. §. Multam possemus pacem
habere, si non vellemus nos illo-
rum dictis & factis, & quæ ad no-
stram curam non spectant, occupa-
re.

e. Quomodo potest ille diu in pace manere , qui alienis curis se intermiscet?

5. Te totum in manus Dei trade,
 Et ejusdene Providentia committe Et
 dic cum Psalmographo Ps. 22. Domi-
 nus regit me , & nihil mihi deerit.
 &c. Et cum Abac. 3. Ego autem
 in Domino gaudebo exultabo in
 Deo Iesu meo , Concludes tandem
 his verbis : In pace in idipsum
 dormiam & requies-
 cam- Ps 4.



TABULA PECCATORUM.

COGITATIONES OPERA

Toties in hæsi voluntariè, cum con-
sensu cogitationib⁹.

superbis,	fui otiosus.
otiosis,	neglexi ista...
vagis <i>in oratione.</i>	pecuniā inutiliter impēdi.
impuris,	orationes ad
cupidis,	quas obligor
invidiosis,	omisi.
iracundis, <i>cū odio.</i>	cōcionē neglexi
indicativis	Dies festos
suspiciosis,	malè impēdi.
<i>cum temerario iud.</i>	Iejunia vio-
fraudulentis,	lavi.
blasphemis,	superbus sui
hæreticis,	<i>in vestibus,</i>
desperabun-	&c.
dis.	avarus & du-
	<i>rus in pauper-</i>
	<i>res.</i>
	impudicus

mcc-

VERBA.

*Toties cum scandalio vel detramento**proximi locutus sum verba.*

otiosa,
jactatoria,
superba,
impudica,
irrisoria.
maledica.

execratoria,
blasphema,
detractoria.
contumelio-
sa mendacia;
cum juramē-
to.

ironica
fraudulenta,
adulatoria.
seductoria,

mecum vel
cum aliis.
intēperās in
cibo, potu &c.
segnis in re-
bus divinis.
injuriam fe-
ci,
furātus sum
tantum.
fraudes exer-
cui læsi in
corpore.
vel honore ali-
um.
inobediens
fui.
contumax,
seduxi alios.
scandalum
dedi.
grave tot alii.

Nolo

Nolo mortem peccatoris (dicit Dominus) sed ut convertatur & vivat. Ezech. 33.



Siconfiteamur peccata nostra,
fidelis est & justus, ut remit-
tat nobis peccata nostra, & e-
mundet nos ab omni iniquitate.

I. Io. 19.

L ORA-



EXERCITIUM XI.
SEU
ORATIONES PÆ.
NITENTIALES
ANT^E CONFESSIO.
NEM.

Ex quibus una alterave eligi
potest.

I. ORATIO.

Iuxta exemplum S. Petri.

*Quando quis in peccata, quæ e-
mondare statuerat, rursus inci-
dit.*

Ad te, Domine Iesu, denuo
supplex revertor, qui pec-
cando à te toties, discessi;
quō enim ibo, nisi ad te? si tu me
repellis, quis me suscipiet? si tu
condemnas, à quo veniam spera-
bo: firmissimè quidē ate hac statui,
juli-

justificationes tuas omniaque peccata, potissimum ista... vitare; sed eheu! instabilis factus sum, & concupiscentiae illecebris seductus, te iterum dereliqui. Peccavi, quid faciam? quo me convertam miser, nisi ad te, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra? RESPICE IN ME, Domine Iesu, quemadmodum in Petrum respexisti, & miserere mei. Utiq[ue] dolorem cordis mei tot lachrymis, quot ille contestari possem! In tua misericordia, mi Iesu, quæ major est, quam mea sit iniquitas, spem omnem pono. Plus tu potes dimittere, quam ego committere. Ne proijcas me à facie tua. Dic animæ meæ Salus tua Ego Sum. Ps. 34. 3.

II. ORATIO.

juxta exemplum S. Mariæ Magdalena. Luc. 7.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachryma-

marum, ut plorem die ac nocte peccata mea, quibus te, amantisime Iesu, toties ad iram provocavi! ad pedes tuos cum Magdalena provolvor, eosque ex animo amplectus & ex osculari, tuam misericordiam implorans Parce, Dominem, parce, peccatis meis: quæ utinam largo lachrymarum imbre, quam peccatrix illa possem eluere! horum defectum, mi Iesu, roseo tuis, quem pro me copiosissime fudisti, sanguine compensa. Apedibus tuis non discedam: hos firmiter tenebo tanquam salutis meæ anchoram. nec dimittam, donec benedixeris mihi; & audiam illa summæ consolationis verba: Remittuntur tibi Peccata tua. Matth. 9. 2.

III. ORATIO.

juxta exemplum Filii prodigi.

Luc. 15.

Pater, peccavi in cælum, & coram te, jam non sum dignus voca-

vocari filius tuus. Desideriis & concupiscentiis meis obtemperavi, te fidelissimo Patre contempto: Fodi mihi cisternas consolationum terrenarum, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, te fonte aquæ vivæ derelicto. Gaudium in creaturis quæ sibi, quod in te solo inveniri potest. Verè Non est pax in iustis. Quare ad te redeo, ò benignissime Pater, cuius misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus. Iterum exclamo: Pater peccavi in cælum & coram te; redde mihi, obsecro, licet filii nomine indigno, gratiæ tuæ vestem, quam peccatis meis perdidisti: restitue amoris tui abundantiam, quem amore creaturarum perfundidi; ut hoc ornatu in cæna tua Evcharistica gratus comparere merear, tibique æternum conjungi. Misi enim adbarere Deo bonum est. Ps. 72, 23.

IV. ORATIO.

Iuxta exemplum Zachæi ad restitutionem famæ, vel bonorum ablatorum.

Confiteor aduersum me injustitiam meam tibi, Domine, ini-
què egī non modò contra di-
vina Majestatis tuæ honorem; ve-
rū & proximi mei charitatem,
quem ut diligenter sicut meipsum,
præcepisti. Sæpe fateor, graviter-
que contra hoc tuum præceptum
peccavi: cupidus, heu nimium
sui rerum temporalium, aliorum
damno: nimis laudis propriæ appre-
tens, aliorum contemptu: quid
tandem proderit mihi, si univer-
sum mundum lucratus fuero, ani-
mæ verò meæ detrimentum faciam
quid ex mundi gloria mihi erit, si
ad infernum descendam? quid à
cælo, quid à terra sperare possum,
te Deo meo offendo? Agnolco, De-
us

us meus , iniquè me hactenus egisse , & in multis proximo injuriam intulisse : ignosce culpam agnoscendi : in satisfactionem , & tuæ voluntatis adimptionem , propono & statuo , te adjuvante , omnium damna à me sive in honore , sive in bonis proximo illata , quantum possum , resarcire , & aliquam insuper eleemosynam elargiri . Aufer à me quod hactenus sovi , cor lapideum , durum , & invidum , & redde cor carneum , cor humanum , cor mite , tuæque benignitati conforme , ut & ego inter filios Abrahæ , à te electos recenseri merear . *Tu enim venisti salvum facere , quod perierat.* Matth. 18. II.

V. ORATIO.

*Juxta exemplum Latronis in
Cruce , si quis diu penitentiam distulerit.*

SErò ad te venio , ò Jesu crucifixe ! tempus est , ut me tibi con-

conciliem ; quot enim juvenes & que ac senes mors interea abstulit , dum ego peccatis indulsi ? an non & ego unà cum illis è medio tolli , æternumque damnari potuisse : quid te , mi Iēsu , movit , ut mihi præ aliis parceres , nisi bonitas tua infinita : ne ergò me quæso nunc à te repellas , nemo unquam serio pænitens ad te ferò nimis venit . Latroni in Crucē ultimo vitæ articulo condonasti , quicquid omnibus vitæ suæ annis peccavit , eodemque die in Paradísum recepisti . Per insigne hoc tuæ misericordiæ & clementiæ opus , te supplex cum eodem latrone , (utinam pari amoris & doloris affectu) oro , ò Iesu Nazarene , miserere mei & in tuam , licet indignum me , gratiam recipe . Fateor amarissimæ tuæ Passionis' , & Crucis causam esse delicta mea , quæ proinde ex animo nunc detestor cum firmissimo proposito , ea me deinceps cum tua gratia nunquam repe-

repetiturum. Misere re mei , qui
Misereris omnium propter paeniten-
tiam. Sap. 11. 24.

VI. ORATIO.

Juxta parabolam Ovis perditas
Luc. 15.

Erravi sicut ovis , quæ periit ;
Pastor bone , pie Iesu , quare
fervum tuum , & reduc me
in viam mandatorum tuorum . Tu
enim dixisti : Unisitabo oves meas,
quod perierat , requiram , & quod
abjectum erat , reducam , quod con-
fractum , alligabo , & quod infir-
mum , consolidabo . Aspice vul-
nera peccatorum meorum , quo-
rum non est numerus , & sana ea .
Tuis me humeris licet indignus ex-
cipe , & adduc ad gregem electorum
tuorum ; Ibi Misericordias Domini
in eternum cantabo . Ps. 88, 2.

VII. ORATIO.

Juxta parabolam incidentis in
Latrones. Luc. 10.

Misererum ! qui ab Ierusal-
em in Iericho descendisti :
qui loco veræ pacis deserto,
fallaces mundi & carnis delectatio-
nes sectatus sum , & in manus in-
fernali latronum incidi , à qui-
bus innocentia veste spoliatus , & ad
mortem animæ miserando specta-
culo vulneratus sum ! Propitios in
me oculos converte , ô pie Samari-
tane , & miserere mei in sanguine
peccatorum meorum volitantis.
Non est , qui possit aut velit misero
mihi in hoc statu salutarem præber-
manum præter te , Domine Iesu ;
in te solo omnis vita spes est posita
tu unicus es animæ meæ medicus ,
huic , obsecro , amoris tui vinum
& misericordie oleum infunde , &
induc in vulnus sacratissimi Lateris
tui . Hæc requies mea in sæculum

sa-

fæculi : hic habitabo , quoniam
elegi eam. Ps. 131. 14.

ORATIO

Regis Manassis.

Domine omnipotens, impo-
tabilis est magnificentia glo-
riæ tuæ, & insustentabilis i-
ra comminationis tuæ super peccat-
ores: immensa verò, & investiga-
bilis misericordia promissionis tuæ:
quoniam tu es Dominus altissimus,
benignus, longanimis, & multum
misericors, & pænitens super ma-
litias hominum. Tu Domine se-
cundum multitudinem bonitatis
tuæ, promisisti pænitentiam, & re-
missionem iis, qui peccaverunt ti-
bi, & multitudine miserationum
tuarum decrevisti pænitentiā pec-
catoribus in salutem. Tu igitur
Domine Deus iustorum, non posu-
isti pænitentiam iustis, Abraham,
& Isaac, & Iacob, iis, qui tibi non
pecca-

peccaverunt, sed posuisti Pænitentialiam propter me peccatorem ; quoniam peccavi super numerum arenæ maris ; multiplicatae sunt iniqüitates meæ , & non sum dignus intueri ; & aspicere altitudinem cœli præmultitudine iniquitatum mearū , & nunc flecto genua cordis mei precaūs à te bonitatem. Peccavi , Domine , peccavi , & iniqüitates meas agnoſco. Quare peto, rogans te , remitte mihi , Domine , remitte mihi , & ne simul perdas me cum iniqüitatibus meis , neque in æternum iratus , reserves mala mihi , neque damnes me in infima terræ loca ; quia tu es Deus , Deus , inquam pœnitentium , & in me ostendes omnem bonitatem tuam , quia indignum salvabis me secundum magnam misericordiam tuam , & laudabo te semper , omnibus diebus vitæ meæ ; quoniam te laudat omnis virtus cœlorum , & tibi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO Davidis; pænitentis Ps.
50. Miserere mei Deus, &c.

ORATIO ad B. Virg pro impe-
tranda huius intercessione, peccato-
rum venia. Ave, &c.

ORATIO ad Iexcitandam spem
ex S. Aug.

ACTVS CONTRITIO- NIS.

Vtinam, te Domine Deus me-
us, ex toto corde meo, ex
tota anima mea, & ex omni-
bus viribus meis super omnia (quod
opto) diligam! Utinam ipsum Se-
raphinorum amorem exæquem, in
eoque æternum persistam! Tu scis,
Domine, quia amo te, magisque
amare cupiam. quod millies ma-
lim mori, quam in talia... peccata
relabi. Oquam doleo, quod te
summum & amantissimum bonum
meum unquam offenderim! Vti-
nam,

nam, (quod firmissimè tuâ fretus ope propono) te nunquam vel minimo delicto offendam! Tu enim omni amore, honore, & cultu dignus es, cujus sanctissimam voluntatem in omnibus exequi cupio, Amen.

IN sede confessionali quam primum Sacerdos ad te audiendum se inclinat, dic: Benedic Pater.

Accepta benedictione, recitâ: Confiteor, &c. usque ad mea culpa exclusivè.

Tunc indicato tempore ultimo Confessionis, & an injunctam pœnitentiam expleveris, peccata tua recenses, juxta instructionem Conclude in hæc verba, mea culpa, mea culpa, &c. usque ad fin.

Pœnitentiâ & admonitione, quam Confessarius dederit, demissò animo excipe, dolorēmque piis affectibus (sine tamen strepitu) excita.

NB. Dolor de peccatis ante absolu-

*sionem necessariò eliciendus est. Nam
sine contritione aut attritione pani-
tens non est capax absolutionis.*

PRECES POST CONFESSIO- NEM.

ORATIO.

Sit tibi, Domine obsecro, me-
ritis beatæ semper Virginis ge-
nitricis tuæ Mariæ, & omnium
Sanctorum grata & accepta ista Con-
fessio mea: & quicquid mihi de-
fuit nunc & alias de sufficientia
contritionis, de puritate & integri-
tate confessionis, suppleat pietas &
misericordia tua: & secundum il-
lam digneris me habere pleniùs &
perfectius absolutum in cælo. Qui
vivis, &c.

GRA-

GRATIARUM ACTIO

Post Confessionem.

Iuxta exemplum Leprofi Luc. 17.

AD te, ò benignissime Jesu, revertor, & gratias ago, quod à fædissima peccatorum meorum lepra mundare me dignatus fueris. Sit Nomen tuum, ò Iesu, benedictum in sœcula. Verè tu Jesus hoc est Salvatores, qui neminem à te quamlibet flagitiorum repellis, qui omnes seriò pénitentes in gratiam recipis, & in numerum filiorum tuorum adscribis. Misericordia tuæ viscera, ò Iesu, agnosco & amplector, meque totum servitio tuo deinceps addico. Adjuva, obsecro, imbecillitatem meam, ut nunquam hujus tui mihi præstiti beneficij oblitus, amore ullius delectationis aut præposteri affectus impulsu, in priora peccata relabar, meque à te separem. Cor & animam

meam dilectionis tuæ brachiis ita tecum constringe, ut dicere cum Apostolo audeam. *Quis me separabit a charitate Christi.* Rom. 8. 35.

Alia præclara Gratiarum Actio post Confessionem. Per Psalmum 102.

1. **B**enedic anima mea Domino: & omnia, que intra me sunt, nomini sancto ejus.

2. Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributio-nes ejus.

3. Qui propitiatur omnibus ini-quitatibus tuis: qui sanat omnes in-firmitates tuas.

4. Qui redimit de interitu vi-tam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.

5. Qui replet in bonis desideri-um tuum: renovabitur ut aquilæ juventus tua.

6. Faciens misericordias Domi-nus, & judicium omnibus injuri-am patientibus.

7. No-

7. Notas fecit vias suas Moysi,
filiis Israel voluntates suas.

8. Miserator, & misericors Do-
minus longanimis & multum mi-
sericors.

9. Non in perpetuum irascetur:
neque in æternum comminabitur.

10. Non se cundum peccata no-
stra fecit nobis neque secundum i-
niquitates nostras retribuit nobis.

11. Quoniam secundum altitu-
dinem cœli à terra, corroboravit
misericordiam suam super timentes
se.

12. Quantum distat ortus ab
occidente: longè fecit à nobis ini-
quitates nostras.

13. Quomodo miseretur pater
filiorum, misertus est Dominus ti-
mentibus se: quoniam ipse cogno-
vit figmentum nostrum.

14. Recordatus est, quoniam
pulvis sumus: homo sicut fœ-
num dies ejus tanquam flos agri sic
efflorebit.

15. Quoniam spiritus pertransi-
bit in illo, & non subsistet: & non
cognoscet amplius locum suum.

16. Misericordia autem Domi-
ni ab æterno: & usque in æternum
super timentes eum.

17. Et justitia illius in filios filio-
rum, his qui servant testamentum
ejus. & memores sunt mandato-
rum ipsius, ad faciendum ea.

18. Dominus in cœlo paravit
sedem suam: & regnum ipsius om-
nibus dominabitur.

19. Benedicite Domino omnes
Angeli ejus: potentes virtute, faci-
entes verbum illius, ad audiendam
vocem sermonum ejus.

20. Benedicite Domino omnes
virtutes ejus: ministri ejus, qui fa-
citis voluntatem ejus.

21. Benedicite Domino omnia
opera ejus: in omni loco domina-
tionis ejus, benedic anima mea Do-
mino. Gloria Patri, &c.

λέπτοντα λέπτοντα: λέπτοντα λέπτοντα: λέπτοντα λέπτοντα:

E X O R C I S M V S.

Contra imminentem tempesta-
tem Fulgurum & Grandinis.

P Er Signum + Crucis, de ini-
micis nostris + libera nos De-
us noster + Amen.

In N omine P atris + & F ilij + &
S piritus sancti + Amen.

D icatur S ymbolum fidei , scilicet
C redo in D eum P arem Omnipoten-
tem &c.

K yrie eleison , Christe eleison,
K yrie eleison. Pater noster &c. Et
ne nos &c. sed libera nos &c.

V. Adjutorium nostrum in no-
mine Domini.

R. Qui fecit Caelum & terram.

V. Sit Nomen Domini benedi-
ctum.

R. Ex hoc nunc & usque in saecu-
lum.

V. Exurgat Deus & dissipentur
inimici eius.

R. Et fugiant qui oderunt eum à
facie ejus.

V. Exurge Domine adjuva nos.

R. Et libera nos propter nomen
tuum.

V. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

A. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui fecisti
Cælum & terram, mare & om-
nia, quæ in eis sunt: quique flami-
ni Iordani benedixisti, atque in eo
baptizari voluisti, & tuas sa nctissimas
manus & brachia sanctissima in Cru-
ce † extendisti, quibus aërem sancti-
ficasti, obsecramus immensam pie-
tatis & bonitatis tuæ abundantiam,
quatenus has nubes, quas ante me,
& post me, & supra me à dextris &
à sinistris video aërem perturbare,
dissolvere & annihilare digneris; ut
alligatta potestas dæmonum impie
desævientium deficiat & turbetur; ad
laudem tui sanctissimi Nominis, &
poten-

potentissimæ Majestatis tuæ; Qui vivis & regnas cum Deo &c, Amen.

Deinde conversus ad nubes, signat eas signo Crucis, dicens.

Circumdet te nubes Deus Pater + circumdet te Spiritus sanctus + Destruat te Deus Pater + destruat te Deus Filius + destruat te Deus Spiritus sanctus + comprimat te Deus Pater + comprimat te Deus Filius + comprimat te Deus Spiritus sanctus + Amen.

• • • *Obsecratio.*

Sanctus Matthæus, sanctus Marcus
Sanctus Lucas, Sanctus Ioannes
Evangelistæ, qui Christi Evangelium
per quatuor mundi partes divulga-
runt, ipsi suis meritis & precibus,
hanc tempestatem à termino isto &
ab omnibus Christianorum finibus,
ab eodem Domino nostro Iesu Christo,
obtineant effugari & depelli,

Exorcismus.

Et ego peccator & Christi Sacerdos,
seu minister, licet indignus; au-
thoritate & virtute ejusdem Dei &
Domini nostri Iesu Christi Summi Im-
pera-

peratoris, non mea, potentia innixa, & confisus, vobis præcipio immundissimi Spiritus, qui has nubes, seu nebulas concitatis, in Virtute ejusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi + per sanctissimam ejus Incarnationem, per sanctam Nativitatem, per Baptismum & jejunium ipsius, per ejusdem Sacratissimam Crucem + & passionem, per sanctam Resurrectionem, per admirabilem Ascensionem per tremendum adventum ejus, & iudicium: per merita intemeratae, semperque Virginis Mariæ, & sancti hujus Ecclesiæ & Loci Patroni, & per merita omnium Sanctorum, ut exactis ab eis & eas dispergatis in locis sylvestribus & incultis, quatenus nocere non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus aut quibuscumque rebus humanis usibus deputatis, Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare vivos & mortuos & sæculum per ignem, Amen.

Ipse vobis imperat. Dæmones, qui has nubes movetis, de quo in nube lucida dictum est: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene com-

pla-

placui † Ipse vobis imperat, qui suâ
sacratissima Cruce, Corporis sui san-
ctissimi extensione aërem purgavit †
Ipse vobis imperat, qui per mortem
suam vos, Principem vestrum mor-
temque devicit & ligavit, atque æ-
ternæ gehennæ mancipavit ignibus.
† Ipse vobis imperat, qui in ferno
spoliato, surrexit à mortuis † Ipse
vobis imperat, qui post quadragin-
ta dies nube suscepitus, virtute sua
ascendit ad Cælum † Ipse vobis im-
perat, qui venturus est iudicare vi-
vos & mortuos, & sæculum per ig-
nem, Amen,

Postea ostendat aut formet Cru-
ix aëre dicens.

Ecce Signum Sanctissimæ Cru-
cis † fugite partes adversæ,
vicit enim vos & mundum,
Dominus noster Iesus Christus, Fi-
lius Dei Imperator summus, Leo
de Tribu Iuda, Radix David.

Postea aquâ Benedictâ in mo-
dum Crucis † aspergat ad quatuor
partes mundi,

S;

*Si non quiescat tempestas , dicens
sunt etiam Litaniæ Omnim Sanctorum
quas habes in Breviario ,*

I T I N E R A R I V M Clericorum.

*Antiphona In viam pacis. Can-
ticum Benedictus Dominus Deus Is-
rael &c. Gloria Patri &c.*

*Antiphona In viam pacis & pro-
speritatis dirigat nos Omnipotens
& misericors Dominus: & Angelus
Raphaël comitetur nobiscum in
via , ut cum pace , salute , & gau-
dio revertamur ad propria. Kyrie
eleison. Christe eleison. Kyrie elei-
son. Pater noster.*

*¶. Et ne nos inducas in tenta-
tionem.*

R. Sed libera nos à malo.

¶. Salvos fac servos tuos

R. Deus meus sperantes in te.

*R. Mitte nobis Domine auxi-
lium de Sancto.*

R. Et de Sion tuere nos.

*¶. Esto nobis Domine turris for-
titudinis.*

R. Af-

R. *A facie inimici.*

V. *Nihil proficiat inimicus in nobis.*

R. *Et filius iniquitatis non oppanat nocere nobis.*

V. *Benedictus Dominus die quod idie.*

A. *Prosperum inter faciat nobis Deus Salutarium nostrorum.*

V. *Vias tuas Domine demonstra nobis.*

R. *Et semitas tuas edoce nos.*

V. *Vt in am dirigantur viæ nostræ.*

R. *Ad custodiendas justificationes tuas.*

V. *Eruunt praua in directa.*

R. *Et aspera in vias planas.*

V. *Angelis suis Deus manda vit de te.*

R. *Vt custodiant te in omnibus viis tuis.*

V. *Domine exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor mens ad te veniat.*

V. *Do-*

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui filios Israël per maris medium sicco vestigio ire fecisti quique tribus magis ad te stella duce pandisti: tribue nobis quæsumus iter prosperum, tempusque tranquillum: ut Angelo tuo Sancto comite, ad eum quo pergimus locum, ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus,

Deus, qui Abraham puerum tuum de Vr Chaldæorum eductum per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti: quæsumus, ut nos famulos tuos custodire digneris: esto nobis Domine in procinētu suffragium; in via solatium in æstu Vmbraculum, in pluvia & frigore tegumentum, in laetitudine vehiculum, in adversitate præsidium, in lubrico baculus, in naufragio portus: ut te duce quo tendimus, prosperè perveniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

Adesto quæsumus Domine, stipulationibus nostris: & viâ famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate di-
spo-

spone: ut inter omnes viæ & vitæ
hujus varietates tuo semper protega-
mūr auxilio,

Præsta quiescūmus Omnipotens De-
us : ut familiā tua per viam salutis in-
cedat, & beati Ioannes Præcursoris
hortamenta sectando, ad eum quem
prædixit, secura pèveniat, Domi-
num nostrum Iesum Christum filium
tuum: Qui tecum vivit & regnat in
unitate Spiritus sancti Deus, per om-
nia sæcula sæculorum Amen.

X. Procedamus in pace.

R. In nomine Domini Amen.

Gratiarum actio Itineris peracti.

Oremus.

Gratias agimus tibi, benignissime
Iesu Christe, quod nos infinita
tua bonitate per viam à periculis &
hostibus clementer custodieris, defen-
deris, salvosque domum & in locum
tutum perduxeris. Tibi laus, honor
& gloria, pro immensa tua in nos bo-
nitate Patri & Filio & Spiritui sancto,
in sempiterna sæcula.

Amen.

F I N

P

I N.

INDEX MANUA- LIS.

L Eges Congregationis cum Sta-
tutis, à fol: 39. usque ad fol. 34
Indulgentiae summorum Pon-
tif. | 35

Exercitium I.

De SS. Trinitate, cum eiusdem
Officio, & Litaniis, à f. 39. usque ad
Exercitium II. f. 64

De Iesu Christo Domino per me-
mor. Passionis. 65

Litaniæ de Nominе Iesu, f. 71.
Exercitium III.

De VII. Doloribus B.M.V. cùm e-
iusdem Officio, & Litaniis Lau-
retanis, ac Dolorum, à f. 82. usque
ad f. 103

Exercitium IV.

De S. Josepho, cum Officio, Lita-
niis, & orationibus, à fol. 105. us-
que ad f. 123.

Exercitium V.

De S. Barbara V. & M. pro felici
morte, cum septem Petitioni-
bus

INDEX.

bus per eiusdem Patrocinium à
fol. 125. usque ad f. 135

Exercitium VI.

Seu Officium S. Crucis , cum Li-
taniis, de vita & Passione Iesu
Christi. à fol. 137. usque ad f. 150

Exercitium VII.

Pro defunctis , cum Officio , & Li-
taniis à fol. 161. usque ad f. 174

Exercitium VIII.

Seu Initium Precum Matutinarum
à fol. 176. usque ad fol. 202

Exercitium IX.

Seu Vespertinum , cum Examine
Particulari à fol. 202. usque ad
f. 218

Exercitium X.

Seu modus piè audiendi Missam, à
fol. 219. usque f. 238

Exercitium IX.

Seu Instructio pro Sacramento Pæ-
nitentiæ , à fol. 241. usque ad f.
268

Examen seu Catalogus Peccatorum
P 2 pro

INDEX.

pro Confess. Generali , à fol. 269	
usque ad	fol. 302
Exercitium , seu Orationes Pænitentiales . ante Confess.	304
Actus Contritionis , &c. fol.	341.
Preces post Confess. fol.	316
Exorcismus contra imminentes tempestates fulgurum.	f. 321
Itinerarium Clericorum.	f. 326



LL:81/6200 S8

